

**www.e-rara.ch**

**Biblia Veteris ac Novi Testamenti**

**Pagnini, Sante**

**Basileae, 1564**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1502>

Prophetia Ieremiae, [...]

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 17 Qui sanctificant se, & qui mudant se in hortis, post piscinam peculiarem quæ est in medio horti: comedentes carnem suillam, & abominationem atque murem, simul consumentur, dixit Iehouáh.
- F 18 Ego autem ero cum operibus eorum, & cogitationibus eorum quando tempus veniet ut congregem omnes gentes, & linguas: venientq; & videbunt gloriam meam.
- 19 Ponamque in eis signum, & mittam ex illis euasores ad Gentes in Tharsis, Pú, & Lud, & ad trahentes arcu, ad Iubál, & Iauan, atque ad insulas remotas, quæ non audierunt famam meam, & non viderunt gloriam meam, & annuntiabunt gloriam meam in Gentibus.
- 20 Et adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Iehouæ in equis, & in

quadrigris, & in lesticis, & in mulis, & in carucis, ad mótem sanctum meum Ierusaláim, dixit Iehouáh: quemadmodum inferunt filij Iŵsrahél oblationem in vase mundo, in domum Iehouæ.

- 21 Et etiam ex eis assumam in sacerdotes, & in Letuitas, dixit Iehouáh. G Apoc. 21. 4. 1
- 22 Nam sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio, stant coram me, dixit Iehouáh: sic stabit semen vestrum & nomen vestrum.
- 23 Et erit ut de mense in mensem eius, & de sabbatho in sabbathum eius, veniat omnis caro, ut incuruet se coram me, dixit Iehouáh.
- 24 Et egredientur, videbuntq; cadauera virorū qui præuaricati sunt in me: quoniã vermis eorum nõ morietur, & ignis ipforum non exstinguetur: eruntq; opprobrium omni carni. Marci 9. 8. 44

## Prophetia Ieremiæ, Hebraicè ירמיה

### NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

#### CAPVT I.

1 Ieremiæ genus, & quo tempore prophetauerit. 6 Ieremias propheta Gentium causatur imperitiam. 8 Ieremias doctus à Deo, & animosus factus. 11 Ostendit Deus Ieremiæ imminentem Iudeis destructionem à Babylonijs. 17 Iubetur Ieremias verba Dei sine timore nuntiare Iudeis.



ERBA Irmeiáhu filij Hilciáhu de sacerdotibus qui erant in Anathóth in terra Beniamín.

2 Ad quem factum est verbum Iehouæ in diebus Iŵsrahél filij Amón Regis Iehudáh, decimotertio anno quo regnavit ipse:

- 3 Factum est præterea in diebus Iehoiacím filij Iŵsrahél Regis Iehudáh, vsq; ad consummationem vñdecimi anni x Sidciáhu filij Iŵsrahél Regis Iehudáh, vsq; ad trãsmigrationem Ierusaláim, mense quinto.
- 4 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- B 5 Priusquam te formarem in utero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificauí te, Prophetam Gentibus dedi te.
- 6 Et dixi, Aháh Domine Iehouáh, en nescio loqui, quia puer sum.
- 7 Et dixit Iehouáh ad me, Ne dicas, Puer sum: quia ad omnia ad quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæ præcipiam tibi, loqueris.
- 8 Ne timeas à facie eorum, quia tecum sum ut eripiam te, dixit Iehouáh.
- Infrá 18. 4. 7 9 Et misit Iehouáh manum suam, tetigitque os meum: Iehouáh inquam dixit ad me, Ecce posui verba mea in os tuum.
- 10 Vide, constitui te hodie super Gentes, & super regna: ut euellas, & diruas, & disperdas, & demoliaris, ut ædifices, & plantes.
- C 11 Fuit præterea verbum Iehouæ ad me dicendo, Quid tu vides Irmeiáhu? Et dixi, Virgam amygdalinam ego video.
- 12 Et dixit Iehouáh ad me, Rectè vidisti, quia accelero ego verbum meum ut faciam illud.
- 13 Et fuit verbum Iehouæ ad me, secundò dicendo, Quid tu vides? Et dixi, Ollam bullien-

tem ego video: & facie eius à facie Aquilonis.

- 14 Et dixit Iehouáh ad me, Ab Aquilone soluetur malum super omnes habitatores terræ. Infrá 4. 6. 6
- 15 Quoniam ecce ego aduoco omnes familias regnorum Aquilonis, dixit Iehouáh: & veniet & ponent quisq; solium suum in introitu portarū Ierusaláim, & iuxta omnes muros eius in circuitu, & iuxta vniuersas vrbes Iehudáh.
- 16 Loquárque iudicia mea cum eis propter omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & thus incenderunt diis alienis, & incuruauerunt se operibus manuum suarum. D
- 17 Tu autem accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipiã tibi: ne paueas à facie eorum, ne fortè conteram te in conspectu eorum.
- 18 Ecce enim ego dedi te hodie in ciuitatē munitam, & in columnam ferream, & murum æreum super omnē terram, Regibus Iehudáh, principibus eius, Sacerdotibus eius, & populo terræ. Infrá 6. 2. 17
- 19 Et ipsi quidem pugnabunt contra te, sed non præualebunt tibi: quia tecum sum, dicit Iehouáh, ut liberem te.

#### CAPVT II.

1 Commemorat Deus beneficia sua erga Iudeos. 8 In Sacerdotes & Prophetas Dei contemptores. 9 Iudeorum malitiam arguit aliarum gentium comparatione. 12 Destructi Iudei ob derelictum Deum, & fornicationem eorum cum idolis. 21 Iudeos peccatum suum non agnoscentes, conuincit Deus peccatores esse, hypocritas & fornicatores.

- 1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- 2 Vade, & clama in auribus Ierusaláim, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Recordatus sum tui, misericordiæ adolescentiæ tuæ, charitatis desponsationis tuæ, quando ambulabas post me in deserto in terra non sata.
- 3 Sanctitas est Iŵsrahél Iehouæ, primitiæ frugum eius: omnes deuorantes eum delinquent, malum veniet super eos, dixit Iehouáh.
- 4 Audite verbum Iehouæ domus Iayacób, & omnes cognationes domus Iŵsrahél.
- 5 Sic dixit Iehouáh, Quid inuenerunt Patres vestri iniquitatis in me, quòd elongauerunt se à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?
- 6 Nec dixerunt, Vbi est Iehouáh qui ascendere fecit B

re fecit nos e terra Egypti, qui ambulare fecit nos per desertum, nempe per terram desertam, & desolatam, per terram aridam, & umbræ mortis, per terram per quam non transibat vir, neque habitabat homo ibi.

7 Et induxi vos in terram Charmel, ut comederetis fructum eius, & bonum eius: & ingressi estis, contaminastisque terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.

8 Sacerdotes non dixerunt, Vbinam est Iehouah? & tenentes Legem non nouerunt me, & pastores præuaricati sunt in me, & Prophetæ prophetauerunt in Babil, & ambulauerunt post ea quæ non profuerunt.

9 Propterea adhuc iudicabo vos, dixit Iehouah, & filios filiorum vestrorum iudicabo.

C 16 Sed transite ad insulas Chithim, & videte: & in Cedâr mittite, & considerate vehementer, & videte si factum sit sicut istud,

11 Num mutauit gens ulla deos, qui tamen non sunt dii? populus verò meus mutauit gloriam suam in id quod non prodest.

12 Admiramini cæli super hoc, & timete: desolamini vehementer, dixit Iehouah.

13 Duo enim mala fecit populus meus: me dereliquerunt venam aquæ viuæ, ut effoderent sibi cisternas, cisternas contractas quæ non continent aquas.

14 Nunquid seruus est Iusrahel? num est vernaculus? quare ergo fuit in prædam?

15 Super eum rugierunt catuli leonum, & dederunt vocem suam, & posuerunt terram eius in solitudinem, ciuitates eius exustæ sunt absque habitatore.

D 16 Etiam filij Noph & Thaphanenes confringent tibi verticem.

17 Annon hoc fecit tibi, eo quod dereliquisti Iehouam Deum tuum tempore quo ambulare faciebat te per viam?

18 Nunc ergo quid tibi in via Egypti? ut bibas aquam Nili? & quid tibi in via Assur? ut bibas aquam Fluminis?

19 Corripiet te malitia tua, & auersio tua increpabit te: scito autem & vide quod malum & amarum est reliquisse te Iehouam Deum tuum, & non esse timorem mei in te, dicit Dominus Iehouah exercituum.

Infra 3. b. 6 E 20 Nam à seculo confregi iugum tuum, rupi vincula tua: & dixisti, Non seruiam: nam super omnem collem sublimem, & sub omni ligno viridi tu discurrehas meretrix.

Esaie 5. d. 1 Mat. 21. d. 33 C 21 Ego autem plantaui te optimam vitem, totam ipsam semen verum: & quomodo conuersa es mihi in sarmenta vitis alienæ?

22 Quod si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi borith, signata est iniquitas tua coram me, dixit Dominus Iehouah.

23 Quomodo dices, Non sum polluta, & post Babilim non ambulauit? vide viam tuam in valle, agnosce quid feceris, dromedaria leuis circuiens vias suas.

24 Onager assuetus in deserto pro desiderio animæ suæ attrahit ventum occasionis suæ, quis auerter eam? omnes quærentes eam non fatigabuntur, in mense suo inuenient eam.

25 Prohibe pedem tuum ne sit discalceatus, & gurtur tuum à siti: & dixisti, Desperatum est, nequaquam; adamaui quippe alienos, & post eos ibo.

26 Ut pudore afficitur fur quando deprehenditur: sic pudore affecti sunt domus Iusrahel, ipsi, Reges eorum, Principes eorum, & Sacerdotes eorum, atque Prophetæ eorum,

27 Dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu genuisti me: nam obuerterunt mihi ceruicem, & non faciem: at tempore afflictionis suæ dicent, Surge, & serua nos.

28 Et vbinam sunt dii tui quos fecisti tibi? surgant, an liberare te possint in tempore afflictionis tuæ: nam iuxta numerum ciuitatum tuarum fuerunt dii tui o Iehudah.

Infra 11. c. 13

29 Ut quid litigatis contra me? omnes vos præuaricati estis contra me, dixit Iehouah.

30 Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester Prophetas vestros tanquam leo vastator.

31 O generatio, vos videte verbum Iehouæ: num solitudo fui Iusraheli? num terra tenebrosa? ut quid ergo dixerunt populus meus, Dominamur, nec veniemus ultra ad te?

C

32 Nanquid obliuiscitur virgo ornamentum suum, & sponsa muræularum suarum? populus verò meus oblitus sunt mei diebus innumeris.

33 Cui præparas viam tuam ad querendum dilectionem? ideo etiam mala docuisti vias tuas.

34 Etiam in oris uestimentorum tuorum inuenti sunt sanguines animarum pauperum & innocentum, quos non in suffusione inuenisti, sed propter omnia ista.

35 Et dixisti, Innocens sum, certè auersus est furor eius à me: ecce ego iudico te, eo quod dixeris, Non peccaui.

36 Cur discursas crebro mutando viam tuam? etiam ab Egypto pudore afficeris, quemadmodum pudore affecta es ab Assur.

37 Etiam hinc egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quia contempsit Iehouah confidentias tuas, neque prosperè cedit tibi in eis.

CAPVT III.

1 Deus misericors populum suum à se reuelum ob fornicationem cum idolis, reuocat ad penitentiam. 6 Decem tribus Israël à Deo reuelte ob fornicationem cum idolis, quas tamen imitatus est Iuda. 12 Adhortatur Iusrahel ad penitentiam: promittens ei pastores qui veram Dei scientiam habeant. 16 Conuersio Gentium. 22 Reuersio Israël ad Deum, confitentis peccatum suum.

1 **D**icendo, Si dimiserit vir uxorem suam, & abierit ab eo, & fuerit viri alterius: nunquid reuertetur ad eam amplius? (annon præuaricatio præuaricata est terra ipsa?) tu autem fornicata es cum amatoribus multis, sed reuertere ad me, dixit Iehouah.

2 Leua oculos tuos ad excelsa loca, & vide vbi non fueris constuprata: in viis sedisti eis, sicut Arabs in deserto: & præuaricari fecisti terram fornicationibus tuis, & malitia tua.

3 Itaque prohibiti sunt imbres, & serotina pluuia non fuit: & frons mulieris meretricis fuit tibi, renuisti erubescere.

B

4 Nonne ex hoc tempore vocabis me, Pater mi, dux adolescentiæ meæ es?

5 Nunquid reseruabit in seculum iram? an reseruabit in æternum? ecce loquuta es, & fecisti mala, & potuisti.

6 Dixit autè Iehouah ad me in diebus Iosiahhu Regis, Vidistine quæ fecit rebellis Iusrahel? abit ipsa super omnem montem excelsum, & sub omnem arborem viridem, & fornicatur ibi.

Supra 2. d. 20

- 7 Et dixi, postquam fecit omnia ista, Ad me reuertere: & non est reuersa, viditque prauaricatrix soror eius Iehudáh.
- C** 8 Et vidi etiam quod uidit quod propter omnes causas quibus fornicata est rebellis Iwfraxél dimisi eam, dedi que ei libellum repudiorum eius, & tamen non timuit prauaricatrix Iehudáh soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.
- 9 Et fuit, ob facilitatem fornicationis suae, peccare fecit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.
- 10 Et tamen in omnibus his non est reuersa ad me prauaricatrix soror eius Iehudáh toto corde suo, sed mendaciter, dixit Iehouáh.
- 11 Et dixit Iehouáh ad me, Iustificauit animam suam rebellis Iwfraxél magis quam prauaricatrix Iehudáh.
- D** 12 Vade, & exclama sermones istos ad Aquilonem, & dic, Reuertere rebellis Iwfraxél, dixit Iehouáh, & non faciam cadere iram meam in vos: quia misericors sum, dixit Iehouáh, nec reseruabo iram in seculum.
- 13 Veruntamen agnosce iniquitatē tuam: quia in Iehouam Deum tuum prauaricata es, & dispersisti vias tuas alienis, sub omni arbore viridi, & vocem meā non audistis, ait Iehouáh.
- 14 Conuertimini filij rebelles, dixit Iehouáh: nam ego dominatus sum vobis: & assumam vos, vnum de ciuitate una, & duos de familia una, & introducam vos in rSiion.
- E** 15 Daboque vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & intelligentia.
- 16 Et erit, quum multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, dixit Iehouáh: non dicent vltra, Arca fœderis Iehouæ: nec ascendet super cor, neque recordabuntur illius, neque visitabunt, nec fiet vltra.
- 17 In tempore illo vocabunt Ierusaláim Solum Iehouæ: & congregabunt se ad eam oēs Gentes in nomine Iehouæ habitantis in Ierusaláim: neque ambulabunt vltra post duritiā cordis sui mali.
- 18 In diebus illis ibunt domus Iehudáh ad domum Iwfraxél, & venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi in hæreditatem Patribus vestris.
- F** 19 Ego autem dixi, Quomodo ponam te inter filios, & dabo tibi terram desiderabilem, hæreditatem concupiscibilem exercituum Gentium? & dixi, Pater mi, vocabis me, & à me non recedes.
- 20 Siquidē ut prauaricata est vxor à socio suo, sic prauaricati estis contra me, o domus Iwfraxél, dixit Iehouáh.
- 21 Vox super excelsa audita est, fletus deprecationum filiorum Iwfraxél: quoniam iniquam fecerunt viam suam, oblitī sunt Iehouæ Dei sui.
- G** 22 Cōuertimini filij rebelles, sanabo rebelliones vestras: Ecce nos venimus ad te: tu enim es Iehouáh Deus noster.
- 23 Verē mēdaciū est ut expectemus salutem à collibus, a multitudine, a montibus: verē in Iehouáh Deo nostro est salus Iwfraxél.
- 24 Confusio autem consumpsit laborem Patrum nostrorum ab adolescentia nostra, oues eorum, & boues eorum, filios eorum, & filias eorum.
- 25 Dormiemus in cōfusione nostra, & operiet nos ignominia nostra, quoniam Iehouæ Deo nostro peccauimus, nos & Patres nostri ab adolescentia nostra, & vsque ad diem hanc, neque obtemperauimus voci Iehouæ Dei nostri.

## CAPVT IIIII.

Vera penitentia siue conuersio ad Deum. 5 Iude vastatio predictur propter malitiam cordis. 19 Compatitur Propheta populo, prouidens eius vastationem.

**S**I reuersus fueris Iwfraxél, dixit Iehouáh, ad me, quiesces: & si abstuleris abominationes tuas à facie mea, non demigrabis.

2 Et iurabis, Viuit Iehouáh, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicet sese in eo Gentēs, & in eo gloriabuntur.

3 Sic enim dixit Iehouáh viro Iehudáh & Ierusaláim, Arate vobis aruum, & ne feratis super spinas. Osee 19. c. 11

4 Circuncidite vos Iehouæ, & auferte pręputia cordis vestri viri Iehudáh & habitatores Ierusaláim: ne fortē egrediatur vt ignis ira mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam operum vestrorum.

5 Annuntiate in Iehudáh, & in Ierusaláim audiri facite, & dicite, Clangite tuba in terra, clamate, congregate, & dicite, Congregate vos, & ingrediamur ciuitates munitas. B

6 Attollite vexillum in rSiion, cōgregate vos, ne subsistatis: quia malū ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Sapient. 1. c. 14

7 Ascēdit leo de vmbraculo suo, & interfector Gentium profectus est, & egressus est de loco suo: vt ponat terram tuam in solitudinem, ciuitates tuæ desolabuntur absque habitatore. C

8 Super hoc accingite vos saccis, plangite & vlulate: quoniam non est auersa ira furoris Iehouæ à nobis.

9 Et erit, in die illa, dixit Iehouáh, peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescunt Sacerdotes, & Prophetæ admirabuntur.

10 Et dixi, Aháh, Domine Iehouáh, verē decipiēdo decepisti populum istum & Ierusaláim, dicendo, Pax erit vobis, & peruenit gladius vsque ad animam.

11 In tempore illo dicetur populo huic, & Ierusaláim, Ventus siccus in excelsis locis, spirans in deserto, via filię populi mei: non ad ventilandum, neque ad repurgandum.

12 Ventus vehementior his veniet mihi: nunc etiam ego loquar iudicia cum illis. D

13 Ecce tanquam nubes ascendet, & veluti turbo currus eius, leuiore sunt aquilis equi eius: vā nobis, quoniam in prædam dati sumus.

14 Laua à malitia cor tuum Ierusaláim, vt salua sis: vsquequo morari fines in medio tui cogitationes iniquitatis tuæ?

15 Vox enim annuntiantis ueniet à Dan, & audire facientis uox iniquitatem de monte Ephraim.

16 Memorare de Gētibus, ecce audiri facite de Ierusaláim, quod custodes veniunt è terra longinqua, & dabunt super ciuitates Iehudáh vocem suam.

17 Veluti custodes agrorum fuerunt iuxta eam in circuitu: quia me irritauit, dixit Iehouáh.

18 Via tua, & actus tui fecerūt hæc tibi, ista malitia tua: quia amarum, quia perueniet vsque ad cor tuum. Sapient. 1. b. 8

- E** 19 Ventrem meum, ventrem meum doleo, & parietes cordis mei, resonat in me cor meum: non tacebo, quoniam vocem tubæ audisti anima mea, & clamorem belli.
- 20 Contritio post contritionem vocata est: siquidem vastata est tota terra, repente vastata sunt tabernacula mea, subito cortinæ meæ.
- 21 Usquequò videbo vexillum, audiam vocem tubæ?
- 22 Quia stultus est populus meus, me nō agnouerunt: filij insipientes sunt, & non intelligentes sunt: sapientes sunt ad malefaciendum, benefacere autem non nouerunt.
- 23 Vidi terram, & ecce erat desolata & vacua: & cælos, & non erat lux eorum.
- F** 24 Aspexi montes, & ecce tremebāt: & omnes colles destructi fuerunt.
- 25 Vidi, & nullus erat homo: & omnes aues cæli recesserant.
- 26 Vidi, & ecce locus fertilis erat ut desertum, & omnes vrbes eius destructæ erant à facie Iehouæ, & à facie iræ furoris eius.
- 27 Sic enim dixit Iehouáh, Deserta erit tota terra: consummationem tamen non faciam.
- 28 Propter hoc desolabitur terra, & obscurabuntur cæli desuper: eo quòd loquutus sum, cogitavi, & non pœnituit me, nec auertar ab eo.
- G** 29 A strepitu equitum & sagittariorum, fugit omnis habitator ciuitatis, ingressi sunt syluas densas, & in rupes ascenderunt: omnes ciuitates derelictæ sunt, nec habitat in eis quisquã.
- 30 Tu autem vastata quid facies? quòd modo induis te coccino, quòd ornas te ornamento aureo, quòd pingis stibio oculos tuos, frustra ornas te: cōtempserunt te amatores, animam tuam quærent.
- 31 Vocem enim tanquam parturientis audiui, uocem inquam angustie, ut primogenitū patientis: vox filiæ Sion quæ lamentatur, expandit manus suas, dicendo, Vē nunc mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAPVT V.

1 In Iudea nullus iustus & fidelis inuentus, tam in populo, quam in magistratu, propter quem debuerit Dominus parcere ciuitati. 6 Quare Iudea vastata sit ab Assyrijs. 14 Describit ferocitatem Chaldeorum, à quibus passuri sunt meriti Iudei. 19 Iudeos quare afflixerit Deus.

- S** 1 Scrutamini per plateas Ierusalem, & videte nunc, & cognoscite, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum, & an sit qui faciat iudicium, & qui quærat veritatem, & parcam ei.
- 2 Et si Viuit Iehouáh, dixerint, verè mendacium iurabunt.
- 3 Iehouáh annon oculi tui sunt ad veritatem? percussisti eos, & non doluerunt: consumpsisti eos, & renuerunt accipere disciplinam, duriores fuerunt facies eorum petra, renuerunt reuerti.
- 4 Ego autem dixi, Profecto pauperes sunt, stulti facti sunt: quia non nouerunt viam Iehouæ, & iudicium Dei sui.
- 5 Ibo ergo ad maiores, & alloquar eos: ipsi enim nouerunt viam Iehouæ, iudicium Dei sui. verum ipsi omnes simul fregerunt iugum, ruperunt vincula.
- B** 6 Idcirco percutiet eos leo de sylua, lupus deserta incolens vastabit eos, pardus vigilabit super ciuitates eorum: quisquis egressus fuerit

- rit ex eis, rapietur, quia multiplicatæ sunt præuicationes eorum, multiplicatæ sunt rebelliones eorum.
- 7 O propter hanc parcam tibi? filij tui dereliquerunt me, & iurauerunt per eos qui non sunt Deus: saturavi eos, & adulterium comiserunt, & in domum meretricis congregauerunt se turmatim.
- 8 Ut equi saturati manè fuerunt: quisque ad uxorem proximi sui hinniant. **Ezech. 22. b. 11**
- 9 Nunquid super his non visitabo? dixit Iehouáh, annon de Gente quæ est sicut hæc, non visitetur se anima mea?
- 10 Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem ne feceritis: auferite minas murorum eius, quia non sunt Iehouæ. **C**
- 11 Nam præuaticando præuicati sunt in me domus Iisrahel, & domus Iehudáh, ait Iehouáh.
- 12 Negauerunt Iehouam, & dixerunt, Non est ipse: neque veniet super nos malum, nec gladium nec famem videbimus.
- 13 Prophetæ autem erunt in ventum, & sermo non in illis: sic fiet eis.
- 14 Propterea sic dixit Iehouáh Deus exercituum, Eo quòd loquuti estis verbum hoc, ecce ego ponam verba mea in ore tuo ut ignem, & populum istum ut ligna, deuorabitque eos.
- 15 Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, o domus Iisrahel, ait Iehouáh, gens robusta est, gens quæ à seculo est, gens cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. **D**
- 16 Pharetra eius veluti sepulchrum patēs, vniuersi sunt fortes.
- 17 Et comedet messem tuam & panem tuum, comedet filios tuos & filias tuas, comedet oves tuas & boues tuos, comedet vitem tuam & ficum tuam: ad extremam paupertatem rediget vrbes munitas tuas quibus tu fidis, idque gladio.
- 18 Et etiam in diebus illis, dixit Iehouáh, non faciam vobiscum consummationem.
- 19 Et erit, quum dicetis, Propter quid fecit Iehouáh Deus noster nobis omnia hæc? tum dicet ad eos, Quemadmodum dereliquistis me, & seruistis diis peregrinis in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. **E** **Infra 16. b. 10**
- 20 Annuntiate istud in domo Iayacob, & audiri facite istud in Iehudáh, dicendo,
- 21 Audite nunc istud popule stulte & excors, quibus oculi sunt, & non vident: quibus aures sunt, & non audiunt. **Esaiæ 6. c. 9**
- 22 An me non timebitis, ait Iehouáh? annon à facie mea pauebitis? qui posui arenam terminum mari, statutum sempiternum, nec præteribit illud: commouebuntur quidem, & non præualebunt: & intumescunt fluctus eius, & non transibunt illud.
- 23 Populo autem huic est cor declinans, & rebelle, declinauerunt, & abierunt. **F**
- 24 Neque dixerunt in corde suo, Metuamus nunc Iehouáh Deum nostrum, qui dat pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: hebdomas statutorum mensis custodit nobis.
- 25 Iniquitates vestræ declinare fecerunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonū à vobis.
- 26 Inueniuntur enim in populo meo impij: aspiciet ad vias ut qui ponit laqueos, statuerunt laqueum

laqueum, homines capient.

- 27 Vt cauea plena auibus, sic domus eorum plenae sunt dolo: ideo magni facti sunt, & dirati sunt.
- G 28 Impinguati sunt, nituerunt, etiam superauerunt facta mali: iudicium non iudicauerunt, iudicium inquam pupilli, & tamen prosperè egerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt.
- 29 Nunquid super his non visitabo dicit Iehouah? annon de gente quae est sicut haec, non vlciscetur se anima mea?
- 30 Stupendum & turpe factum est in terra.
- 31 Prophetæ prophetauerunt mendaciter, & sacerdotes acceperunt munera in manus suas: & populus meus dilexerunt sic: quid autem facietis in nouissimo eius.

## CAPVT VI.

1 Ironica Propheta adhortatio ad Iudaeos, ut exercitui Chaldaeorum occurrant. 6 Peccata propter quae Ierusalem affligitur. 10 Incircumcisa aures. 13 Auaritia. 16 Cura Dei erga populum. Populi contemptus in Deum. 20 Sacrificia Iudaeorum reijcit Dominus. 22 Rursum Babyloniorum aduentus praenuntiatur.

- 1 **F**Vgite filij Biniamin, de medio Ierusalaim, & in Thecoba clangite buccina, & super Beth-hachereim eleuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.
- 2 Mulieri iugiter habitanti in tabernaculo, & delicatae assimilavi filiam Sion.
- 3 Ad eam venient pastores, & greges eorum: figent iuxta eam tentoria per circuitum: depascent quisque in loco suo.
- 4 Praeparate aduersus eam bellum, surgite, & ascendamus meridie: va nobis, quia declinauit dies, quia extenderunt se vmbrae vespertinae.
- 5 Surgite, & ascendamus noctu, & demoliamur palatia eius.
- B 6 Sic enim dixit Iehouah exercituum, Succidite ligna, & effundite iuxta Ierusalaim aggerem: ea est ciuitas quae visitata est tota ipsa, oppressor est in medio eius.
- 7 Quemadmodum scaturire facit puteus aquam suam, sic scaturire facit malitiam suam: iniuria & vastitas auditur in ea, in conspectu meo iugiter, infirmitas & percussio.
- 8 Erudire Ierusalaim, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam tanquam terram non habitaram.
- 9 Sic dixit Iehouah exercituum, Racemando racemabunt tanquam vitem, reliquum Israelis: conuertere manum tuam sicut vindemiator ad canistra.
- C 10 Quem alloquar, & quem monebo, & audiet? ecce incircumcisa est auris eorum, neque poterunt attendere: ecce verbum Iehouae fuit eis opprobrium, non amauerunt illud.
- 11 Itaque ira Iehouae plenus sum, defatigatus sum continendo me, ad effundendum illam super paruulos foris, & super congregationem iuuenum pariter: quia etiam maritus cum uxore capientur, senex cum pleno dierum.
- 12 Et vertentur domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitatores terrae, dicit Iehouah.
- Esa. 56. d. 11 13 A paruo enim eorum vsque ad magnum eorum omnes auare sectantur auaritiam: & a Propheta vsque ad Sacerdotem, omnes faciunt mendacium.

Esa. 56. d. 11  
Infrà 8. d. 10

- 14 Et curabant contritionem filiae populi mei, D leui sermone, dicendo, Pax, pax: & non erat pax.
- 15 Num pudore affecti sunt, quod abominationem fecerint? ne pudendo quidem pudore affecti sunt, nec etiam erubescere nouerunt: propterea cadent inter corruentes, in tempore quo visitabo eos, corruent, dicit Iehouah.
- 16 Sic dixit Iehouah, State super vias, & videre, & interrogate de semitis antiquis, quoniam sit Mat. 11. d. 29 via bona, & ambulate in ea: & inuenietis requiem animae vestrae. & dixerunt, Non ambulabimus.
- 17 Constitui praeterea super vos speculatores, E qui dicerent, Attēdite voci buccinae. & dixerunt, Non attendemus.
- 18 Ideo audite gentes, & cognosce o congregatio quae sunt in eis:
- 19 Audi terra, Ecce ego adduco malum super populum istum, fructum cogitationum eorum: quia verbis meis non attenderunt, & Legem meam reprobauerunt.
- 20 Ut quid iam mihi thus de Seba veniet, & calamus odoratus optimus de terra longinqua? holocaustomata vestra non sunt ad beneplacitum, nec sacrificia vestra dulcia sunt mihi. Esaie 1. c. 11 Amos 5. f. 11
- 21 Propterea haec dixit Iehouah, Ecce ego do F populo huic ruinas, & corruent in eis patres & filij pariter, vicinus & amicus eius peribunt.
- 22 Sic dixit Iehouah, Ecce populus venit de terra Aquilonis: & gens magna consurget a lateribus terrae.
- 23 Arcum & scutum arripiunt, crudeles sunt, & non miserebuntur: vox eorum tanquam mare sonabit, & super equos equitabunt, parati tanquam vir ad praelium aduersum te filia Sion.
- 24 Audiuius rumorem eius, & debilitatae sunt manus nostrae, tribulatio apprehendit nos, & dolor vt parturientis.
- 25 Ne exeatis ad agrum, & per viam ne ambuletis: quoniam gladius inimici, paucor est in circuitu.
- 26 Filia populi mei accinge te sacco, & te voluta in cinere: luctum vnici fac tibi, planctum amaritudinum: quia repente veniet vastator super nos.
- 27 Propugnaculum posui te in populo meo, & munitionem: cognoscas itaque & probes viam eorum. Suprà 1. d. 18
- 28 Omnes ipsi principes declinantium, ambulantes fraudulenter: chalybs & ferrum, omnes ipsi corruptores sunt.
- 29 Combustum sufflatorium ab igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, & mali non sunt auulsi.
- 30 Argentum reprobaturum vocate eos, quia reprobaui Iehouah eos.

## CAPVT VII.

1 Iubetur Ieremias annuntiare populo verbum Domini, confidenti in externo templi cultu nihil inuante. 12 Silo. 13 Mala euentura Iudaeis ob contemptum Prophetarum. 16 Prohibet Dominus orare pro populo. 21 Sacrificia a Iudaeis non requirit potissimum Dominus, sed vt obediunt verbo suo. 25 Propheta. 29 Inuitat populum ad planctum ob peccata sua & imminetia mala. 31 Thopheth.

- 1 **V**Erbū quod fuit ad Irmeiahu a Iehouah, dicendo:
- 2 Sta in porta domus Iehouae, & praedica ibi verbum istud, & dic, Audite verbum Iehouae omnis

omnis Iehudáh qui ingredimini per portas istas, vt adoretis Iehouam:

3 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iŵfrá-  
xél, Bonas facite vias vestras, & opera vestra,  
& habitare faciam vos in loco isto.

4 Ne fidatis vobis in verbis mendacii, dicen-  
do, Templum Iehouæ, templum Iehouæ, sunt  
templum Iehouæ.

5 Quoniam si emendando emédaueritis vias  
vestras, & opera vestra, & faciendo feceritis iu-  
diciu inter virum & amicum eius,

6 Peregrinum, pupillum & viduam non op-  
presseritis, & sanguinem innocentem non ef-  
fuderitis in loco isto: & post deos alienos non  
ambulaueritis in malum vobis:

7 Tunc habitare faciam vos in loco isto, in ter-  
ra quam dedi Patribus vestris, à seculo vsque  
in seculum.

8 Ecce vos confiditis vobis in verbis menda-  
cij, quod non prodest.

9 Nunquid furabimini, occideritis, & adultera-  
bitis, & iurabitis in vanum, & adolebitis Bá-  
yal, & ambulabitis post deos alienos quos nō  
noſtis:

10 Et venietis, & stabitis coram me in domo  
hac, super quam inuocatum est nomē meum:  
& dicetis, Liberati sumus: vt faciatis *postea*, o-  
mnes abominationes istas?

11 Num *ut* spelunca latronum facta est domus  
hæc, super quam inuocatum est nomē meum  
in oculis vestris? etiam ego sanē video, dixit  
Iehouáh.

12 Sed ite quæso ad locum meum qui erat in  
Siló, vbi habitare feci nomen meum in prin-  
cipio, & videre quæ fecerim ei propter mali-  
tiam populi mei Iŵfráxél.

13 Nūc ergo quia fecistis vos omnia opera hæc,  
dixit Iehouáh, & loquutus sum ad vos, manē  
surgendo, & loquendo, & non audiistis: &  
vocaui vos, & non respondistis:

14 Faciam & ego domui huic, super quam inuo-  
catum est nomen meum, in qua vos confidi-  
tis: & loco huic quem dedi vobis & Patribus  
vestris, sicut feci Siló:

15 Et proiciam vos à facie mea, sicut proieci  
omnes fratres vestros, vniuersum semen xE-  
phráim.

16 Tu ergo ne ores pro populo isto, neque as-  
sumas pro eis clamorem & orationem, & ne  
depreceris me: quia non exaudiam te.

17 Nōne vides quid isti faciant in ciuitatibus  
Iehudáh, & in plateis Ierušaláim?

18 Filij colligunt ligna, & patres succendunt  
ignem, mulieres verò subigunt pastam, vt fa-  
ciant placentas Reginæ cæli, & libent libami-  
na diis alienis, vt me prouocent ad iram.

19 An me ipsi irasci faciunt, dixit Iehouáh? an-  
non *potius* seipsos in confusionem vultuum  
suorum?

20 Propterea sic dixit Dominus Iehouáh, Ecce  
furor meus, & ira mea effunderetur in locū istū,  
super homines, & super animalia, & super ar-  
bores agri, & super fructus terræ: succende-  
rūque, & non extinguetur.

21 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iŵfráxél,  
Holocausta vestra addite victimis vestris, & co-  
medite carnes.

22 Non enim sum loquutus cum Patribus ve-  
stris, nec præcepi eis die quo eduxi eos è terra

Ægypti, de holocaustis & victimis.

23 Sed verbum hoc præcepi eis dicendo, Ob-  
temperate voci meæ, & ero vobis in Deum, &  
vos eritis mihi in populum: & ambulate in o-  
mni via quam præcepero vobis, vt bene sit  
vobis.

24 Verum non paruerunt, nec inclinauerunt  
aurem suam: sed abierunt in consiliis suis, in du-  
ritia cordis sui mali, & retrocesserunt, & pro-  
gressi non sunt.

25 A die qua egressi sunt Patres vestri è terra Æ-  
gypti vsque ad diem hanc, nisi ad vos omnes  
seruos meos Prophetas, per diem surgendo  
manē, & mittendo.

26 Et non audierunt me, nec inclinauerūt au-  
rem suam: sed indurauerunt ceruicem suam,  
& peius egerunt quàm Patres eorum.

27 Et loqueris ad eos omnia verba hæc, nec au-  
dient te: & vocabis eos, nec respondebūt tibi.

28 Et dices ad eos, Hæc est gens quæ non ob-  
tēperauit voci Iehouæ Dei sui, nec recepit dis-  
ciplinam: perit veritas, & excisa est ab ore i-  
psorum.

29 Tonde cæsariem tuam & proiice, & attolle  
super loca excelsa planctum: quia proiecit Ie-  
houáh, & dereliquit generationē furoris sui.

30 Fecerunt enim filij Iehudáh malum in ocu-  
lis meis, dixit Iehouáh, posuerūt abominatio-  
nes suas in domo super quā inuocatū est no-  
men meum, vt polluerent eam:

31 Et ædificauerunt excelsa Thopheth, quæ est  
in Valle filij nHinnom, vt comburerent filios  
suos & filias suas igni: quod non præcepi, nec  
ascendit super cor meum.

32 Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & nō  
dicetur vltra Thopheth, & Vallis filij nHin-  
nom, sed Vallis interfectionis: & sepelient in  
Thopheth, donec non sit locus.

33 Et erit morticinum populi huius in cibum  
volatilibus cæli, & bestiis terræ, & nō erit qui  
exterreat.

34 Et cessare faciam de vrbibus Iehudáh, & de  
plateis Ierušaláim vocem gaudij & vocem  
lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ: quo-  
niam in desolationem erit terra.

CAPVT VIII.

1 Iudæici populi destructio. 4 Inuitat eum Dominus ad respiscē-  
tiam, peccata eius enumerans. 8 Doctrinam Prophetarū & sacer-  
dotū mēdacement arguit, & eorum auaritiā. 10 Auaritia, Men-  
daciū. 13 Tempus vifitationis prædicatur. 21 In afflictione  
Ierušalem videtur afflictus Dominus.

1 **I**N tempore illo dixit Iehouáh, Educent ossa  
Regum Iehudáh, & ossa Principum eius, &  
ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, atq; of-  
sa habitatium Ierušaláim, de sepulchris tuis.

2 Et expandent ea ad solem & lunam, & ad o-  
mnem exercitum cæli, quæ dilexerūt, & qui-  
bus seruierunt, & post quæ ambulauerunt, &  
quæ quæsierunt, & quibus incurauerunt se:  
non colligentur, nec sepelientur, in sterquilini-  
um super faciem terræ erunt.

3 Et eligetur mors magis quàm vita, ab omni  
residuo quod reliquū fuerit de familia ma-  
la hac, quod reliquū *inquam* fuerit in vniuer-  
sis locis ad quæ detrufero eos, dixit Iehouáh  
exercituum.

4 Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouáh, Nū-  
quid cadent, & non resurgent? nunquid auer-  
terur, & non conuertetur?

B B

Infrá 26. d. 13

A

B

Matt. 21. b. 13

Marc. 11. c. 17

Luc. 19. g. 46

C

Proue. 1. c. 23

Esa. 65. b. 12

1. Rc. 4. c. 13

Infrá 14. b. 12

D

Infrá 44. c. 19

E

F

Infrá 16. c. 12

G

Exec. 26. c. 13

B

- 5 Quare rebellis est populus iste Ierusalem rebellione forti? apprehenderunt dolum, re-  
nuerunt reuerti.
- 6 Attendi, & audiui, non rectum loquuntur,  
non est quisquam quem poeniteat mali sui, di-  
cendo, Quid feci? omnis conuersus est in cur-  
sum suum, tanquam equus impetu irruens in  
praelium.
- 7 Etiam ciconia in celo cognouit tempus suum,  
& turtur, & grus, & hirundo obseruat tempus  
aduentus sui: populus autem meus non nouit  
iudicium Iehouae.
- 8 Quomodo dicetis, Sapientes sumus, & Lex  
Iehouae est nobiscum? verè ecce in vanum ad-  
diprauit stylum suum scriptor, frustra scripserunt  
scribae.
- 9 Pudore affecti sunt sapientes, perterriti sunt,  
& capti sunt: ecce verbum Iehouae reprobaue-  
runt, & sapientia cuius rei est eis?
- 10 Propterea dabo vxores eorum aliis, agros  
eorum haeredibus: quia à paruo vsque ad ma-  
gnam auare sectantur auaritiam, à Propheta  
vsque ad Sacerdotem omnes faciunt menda-  
cium.
- 11 Et sanabant contritionem filiae populi mei  
leui uerbo, dicendo, Pax, pax: & non erat pax.
- 12 Num pudore affecti sunt quod abominatio-  
nem fecerint? ne pudendo quidem pudore af-  
fecti sunt, nec erubescere nouerunt: idcirco ca-  
dent inter corruetes in tempore quo uisitato  
eos, corruent, dicit Iehouah.
- 13 Consumendo consumam eos, dicit Iehouah,  
non sunt uuae in uire, nec sunt ficus in sicu, &  
folium defluxit, & quae dedi eis transferunt ab  
eis.
- 14 Ut quid manemus? congregate vos, & ingre-  
diamur ciuitates munitas, & silebimus illic:  
quia Iehouah Deus noster tacere nos fecit, &  
potum dedit nobis aquam fellis: peccaui enim  
Iehouae.
- 15 Expectabimus pacem, & non erit bonum:  
tempus medelae, & ecce terror.
- 16 A Dan exauditus est fremitus equorum eius,  
à sonitu hinnituum fortium equorum eius tre-  
muit omnis terra: & uenerunt, & deuorane-  
runt terram, & plenitudinem eius, urbem, &  
habitantes in ea.
- 17 Quoniam ecce ego mitto in uos serpentes re-  
gulos, quibus non est incantatio, & mordebunt  
uos, ait Iehouah.
- 18 In fortificatione mea super dolore, in me cor  
meum est infirmum.
- 19 Ecce vox clamoris filiae populi mei praetimore  
inimici uenientis de terra longinqua, dicentis, Nun-  
quid Iehouah non est in Sion? an Rex eius  
non est in ea? Quare irasci fecerunt me sculpti-  
libus suis, & uanitatibus dei alieni?
- 20 Praeteriit mensis, finita est aetas, & nos non  
sumus saluati.
- 21 Propter contritionem filiae populi mei con-  
tritus sum, obtenebratus sum, stupor arripuit  
me.
- 22 Annon est theriaca in Gilyad? annon medi-  
cus est ibi? sed cur non est curata medicinis fi-  
lia populi mei?

## CAPVT IX.

- 1 Planctus Prophetae super populi malitia. 12 Quare Ierusalem sit  
destruenda. 17 Inuitat eos Dominus ad planctum. 24 In Dei  
cognitione solum gloriandum. 26 Incircuncisio cordis.

## Ieremias.

- 1 Quis ponat caput meum aquam, & oculum  
meum fontem lachrymarum, ut defleam  
die ac nocte interfectos filiae populi mei?
- 2 Quis det mihi in solitudine diuersorium  
uiatorum, ut derelinquam populum meum, &  
recedam ab eis? uniuersi enim sunt adulteri, &  
cæcus præuaricatorum.
- 3 Et iaculari fecerunt linguam suam ueluti ar-  
cum suum, mendacium, neque in ueritate ro-  
borauerunt se in terra: quia de malo ad ma-  
lum egressi sunt, & me non nouerunt, dicit Ie-  
houah.
- 4 Quisque ab amico suo cauet, neque omni  
fratri fidatis: nam omnis frater supplantando  
supplantabit, & omnis amicus fraudulenter  
incedet.
- 5 Et quisque amicum suum circumueniunt, &  
ueritatem non loquuntur: docuerunt enim lin-  
guam suam loqui mendacium, prauè agendo  
laborant.
- 6 Habitatio tua est in medio doli: præ dolo re-  
nuerunt cognoscere me, dicit Iehouah.
- 7 Propterea sic dicit Iehouah exercituum, Ecce  
ego excoquam eos, & probabo eos: quomodo  
enim faciam propter filiam populi mei?
- 8 Sagitta exarsit lingua eorum, dolum loqui-  
tur: quisque ore suo pacem cum amico suo lo-  
quuntur, & in corde suo ponunt insidias suas.
- 9 An super his non uisitato eos, dicit Iehouah?  
an de Gente quae est sicut hæc, non uiscetur  
se anima mea?
- 10 Super montes assumam fletum & lamentum,  
& super habitacula deserti planctum: quonia  
incensa sunt, ut non sit quisquam qui transeat,  
neque audiunt uocem pecudum: à uolucris  
caeli usque ad iumenta demigrauerunt &  
abierunt.
- 11 Et ponam Ierusalem in acruos, habita-  
culum draconum, & ciuitates Iehudah ponam  
in desolationem, ut non sit habitator.
- 12 Quis est uir sapiens, & intelliget hoc? & ad  
quem loquutum est os Iehouae, & renuntiabit  
illud, propter quod scilicet perierit terra, & de-  
solata sit ueluti desertum, ut non sit tran-  
siciens?
- 13 Dixit autem Iehouah; Eo quod derelique-  
runt Legem meam, quam dedi coram eis, &  
non paruenerunt uoci meae, nec ambulauerunt  
in ea:
- 14 Sed abierunt post duritiem cordis sui, & post  
Beyalim, quos docuerunt Patres eorum.
- 15 Idcirco sic dicit Iehouah exercituum, Deus  
Israëel, Ecce ego cibabo eos, nempe populum  
huc absynthio, & potum dabo eis aquam fellis.
- 16 Dispergam præterea eos in gentes quas non  
nouerunt ipsi & Patres eorum: & mittam post  
eos gladium, donec consumpsero eos.
- 17 Sic dicit Iehouah exercituum, Contempla-  
mini, & uocate lamentatrices, ut ueniant: & ad  
sapientes mittite, ut ueniant:
- 18 Et festinet, assumantque super nos planctum,  
& deducant oculi nostri lachrymas, & palpe-  
brae nostrae defluant aquis.
- 19 Nam uox lamentationis audita est de Sion,  
Quomodo vastati sumus, pudore affecti sumus  
vehementer: quoniam dereliquimus terram,  
quoniam proiecerunt nos habitacula nostra.
- 20 Propterea audire mulieres uerbum Iehouae,  
& excipiat auris uestra uerbum oris eius: atque  
docete

Esa. 55. d. 11  
Suprà 6. c. 13

Infrà 14. d. 19

Psal. 27. d. 3

Infrà 25. d. 15

docete filias vestras lamentum, & vnaquæque amicam suam planctum:

- 21 Ascendit enim mors per fenestras nostras, intravit palatia nostra: vt disperdat paruulum de vicis, & iuuenes de plateis.
- 22 Loquere, Sic dixit Iehouáh, Cadet morticinum hominis tanquam stercus super faciem agri, & veluti manipulus post messorum, & non est qui colligat.
- 23 Sic dixit Iehouáh, Ne iactet sese sapiens in sapientia sua, nec iactet sese potens in potentia sua, neque iactet sese diues in diuitiis suis:
- G 24 Sed in hoc iactet sese qui se iactat, quod intelligat & cognoscat me: quod ego sum Iehouáh qui facio misericordiam, iudicium, & iustitiam in terra: hæc enim volo, dixit Iehouáh.
- 25 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & visitabo omnem circumcisum, & habentem præputium,
- 26 Ægyptum, & Iehudáh, & Edóm, & filios Ammón, & Moáb, & omnes habitates in extremo angulo orbis, qui habitant in deserto: quia omnes gentes sunt præputiatae, & omnis domus Iusrahél præputiata est corde.

CAPVT X.

1 Non esse metuendas syderum constellationes. 4 De idolorū imbecillitate, & Dei potentia. 17 Euerſio Chaldeorum. 19 Ierusalē culpa sua tribuit quod patitur. 21 Pastores. Grex. 23 Dei est hominis viam dirigere.

- 1 **A**udite verbum quod loquutus est Iehouáh super vos, domus Iusrahél.
- 2 Sic enim dixit Iehouáh, Viam Gētiū ne discatis, & a signis cæli ne metuatis: sed metuant Gentes ab eis.
- 3 Quoniam statuta populorum vanitas sunt: nam lignum est quod de sylua præcidit, opus manuum artificis cum ascia.
- 4 Argēto & auro ornat illud: clavis & malleis firmanit illud, ne cadat.
- 5 Sicut palma equalis sunt, & non loquuntur: portando portantur, quia non incedunt: ne igitur timeatis ab illis, quia malefacere non possunt, nec etiam benefacere penes eos est.

Apoc. 15. b. 4

- 6 Non est similis tui Iehouáh: magnus es, & magnum nomen tuum fortitudine.
- 7 Quis non timebit te, o Rex Gentium? tibi enim cōuenit regnum: nam inter omnes sapientes Gentium, & inter omnia regna eorum nō est similis tui.
- 8 Et in vnum desipiunt, & stultē agunt: eruditio vanitatum lignum est.
- B 9 Argentum extēsum de Tharsis affertur, & aurum de Uphaz, opus artificis, & manū aurificis, hyacinthus & purpura indumentum eorum: opus sapientum vniuersa sunt.
- 10 Iehouáh autem Deus veritas est, ipse Deus viuens, & Rex æternus: ab ira eius contremiscet terra, neque sustinebunt Gentes indignationem eius.
- 11 (Sic dicetis eis, Dij qui cælum & terram non fecerunt, pereant è terra, & de sub cælis istis.)
- 12 Qui facit terrā potentia sua, qui stabilit orbem sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos.

Genes. 1. a. 6

Infrā 51. b. 15

Psal. 135. a. 6

Psal. 134. b. 7

- 13 Qui voce sua dat multitudinem aquarum in cælo, posteaquam ascendere facit nubes ab extremo terræ, fulgura cum pluuia facit, & educit ventum de thesauris suis.
- C 14 Vt brutum animal sit omnis homo præscientia: pudore afficitur omnis aurifex à sculptili:

quia mendacium est conflatile eius, neque est spiritus in eis.

- 15 Vanitas sunt, & opus irrisionum, in tempore visitationis eorum peribunt.
- 16 Non est sicut illa, pars Iayacob: quia plasmatō omnium ipse est, & Iusrahél virga hæditatis eius, Iehouáh exercituum nomen eius.
- 17 Congrega de terra merces tuas, quæ habitas in loco munito.
- 18 Quoniam sic dixit Iehouáh, Ecce ut fundam proiciam habitatores terræ vice hac, & affligam eos, vt inueniant.
- 19 Væ mihi super contritione mea, doloris plena plaga mea: ego cogitabam, profecit hæc infirmitas mea, & portabo eam.
- 20 Tabernaculum meum vallatum est, & omnes funiculi mei disrupti sunt: filij mei egressi sunt à me, & non sunt: non est qui extendat vltra tentorium meum, & qui erigat cortinas meas.

D

- 21 Quia vt bruta animalia facti sunt pastores, & Iehouáh non requisierunt: propterea nō intellexerunt, & omnis pascua eorū dispersa est.
- 22 Vox rumoris, ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iehudáh in solitudinem, in habitaculū draconū.
- 23 Noui Iehouáh quod nō est hominis via eius, nec est viri ambulantis vt præparet gressum tuum.
- 24 Corripe me Iehouáh, verum in iudicio, nō in furore tuo, ne fortē diminuas me.
- 25 Effunde indignationem tuam super Gentes quæ non nouerunt te, & super nationes quæ nomen tuum non inuocant: quia comederunt Iayacob: deuorauerunt inquam eum, & consumpserunt eum, habitaculūq; eius destruxerunt.

Psal. 6. d. 1

Psal. 78. b. 6

CAPVT XI.

1 Maledictio eorum qui nō obediunt verbo pacti Diuini. 7 Iubet Dominus pactum suum sepius populo inculcari. 10 Populus Iuda Patri vestigia sequutus, deos adorat. 11 Dominus se nō exauditorum Iudæos dicit. 14 Ieremiam etiam prohibens pro eis orare. 18 Comendat Dei misericordiam, qui suos in periculo deserere non solet. 21 Excidium Iudæorum ob Christum traditum in manus Gentium.

- 1 **V**erbū quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, dicendo,
- 2 Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iehudáh, & ad habitatores Ierusaláim,
- 3 Et dices ad eos, Sic dixit Iehouáh Deus Iusrahél, Maledictus vir ille qui non paruerit verbis pacti huius,
- 4 Quod præcepi Patribus vestris die quo eduxi eos è terra Ægypti, è fornace ferrea, dicēdo, Audite vocem meam, & facite ea iuxta omnia quæ præcepero vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.
- 5 Vt statuam iuramentum quod iuravi Patribus vestris, vt darem eis terram fluentem lacte & melle, secundum diem hanc. Et respondi, & dixi, Amen Iehouáh.
- 6 Et dixit Iehouáh ad me, Clama omnia verba hæc in ciuitatibus Iehudáh, & in plateis Ierusaláim, dicendo, Audite verba pacti huius, & facite ea.

- 7 Quia contestando contestatus sum Patres vestros die qua ascendere feci eos è terra Ægypti vsque ad diem hanc, mane surgendo & contestando, dum dicerem, Audite vocem meam:

B

- 8 At non paruerunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt, quisque in prauitate cordis sui mali: proinde inducam super eos omnia verba pacti huius, quod precepi ut facerent, & non fecerunt.
- 9 Et dixit Iehouah ad me, Inuenta est coniu-ratio in uiris Iehudah, & habitatoribus Ieru-salaim.
- 10 Reuersi sunt ad iniquitates Patrum suorum priorum, qui reuerunt obtemperare uerbis meis: imo abierunt post deos alienos, ut serui- rent eis: dissipauerunt domus Iusrahel & do- mus Iehudah pactum meum, quod pepigeram cum patribus eorum.
- 11 Quamobrem sic dixit Iehouah, Ecce ego in- ducam super eos malum, de quo non poterunt exire: & clamabunt ad me, & non audiam eos.
- 12 Ibunt proinde ciuitates Iehudah & habita- tores Ieruusalaim, & clamabunt ad deos qui- bus ipsi adolent thura: & seruando non serua- bunt eos tempore mali eorum.
- C** 13 Siquidem secundum numerum ciuitatum tua- rum fuerunt dii tui Iehudah, & secundum nume- rum platearum Ieruusalaim posuistis aras con- fusionis, aras inquam ad suffundendum thus ipsi Bayal.
- Supra 2. f. 28** 14 Tu ergo, ne ores pro populo hoc, neque as- sumas pro eis clamorem & orationem: quia ego non exaudiam tempore quo clamauerint ad me super malo suo.
- Infra 14. b. 12** 15 Quid est dilecto meo ultra in domo mea quoniam faciat abominationes cum multis? & carnes san- ctitatis transeunt a te: quia in malitia tua tunc exultas.
- 16 Oliuam uiridem, pulchram fructu & forma, uocauit Iehouah nomen tuum: ad uocem lo- quelae magnae succendit ignem super eam, & confregerunt ramos eius.
- 17 Et Iehouah exercituum qui plantat te, lo- quutus est super te malum, propter malitiam domus Iusrahel & domus Iehudah quae fece- runt sibi ad irritandum me, sacrificando Bayal.
- 18 Iehouah autem indicauit mihi, & cognoui: tunc ostendisti mihi opera eorum.
- D** 19 Ego autem eram tanquam agnus, & tanquam bos qui ducitur ut iugulent eum, & non noueram quod contra me cogitauerant cogitatio- nes, Corrumparamus ligno cibum eius, & exci- damus eum e terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius.
- 1. Par. 28. b. 9** 20 Sed o Iehouah exercituum qui iudicas iuste, **Infra 17. b. 10,** qui probas renes & cor, uideam ultionem tua **20. c. 12** de eis: tibi enim reuelauit causam meam.
- Psal. 7. b. 10** 21 Propterea sic dixit Iehouah de uiris Anathoth, qui quaerunt animam tuam, dicendo, Noli prophetare in nomine Iehouae, & non morieris manu nostra.
- 22 Propterea inquam sic dixit Iehouah exerci- tum, Ecce uisito eos: iuuenes morientur gladio, filij eorum & filiae eorum morientur fame.
- 23 Et residuum non erit eis: inducam enim ma- lum super viros Anathoth anno uisitationis eorum.

## CAPVT XII.

1. Propheta impiorum prosperitatem admiratur, & dicit Deum iustum se- teatur. 2. Terra Iudeorum uastata etiam ab amicis. 3. Predi- cit Deus Ieremias grauem afflictionem Ierosolymis. 7. Relinquitur a Domino Iudas. 10. Inuehitur in pastores populi seductores. 14. Vicinis gentibus Iudaeam infestantibus minatur Dominus in- teritum.

1 **I**ustus es Iehouah, si contendam tecum: ue- runtamen iudicia loquar tecum: quare via impiorum prosperè euenit, pacem habent omnes prauaricantes prauaricationem?

Iob 21. d. 7  
Habac. 1. d. 3

2 Plantasti eos, etiam radices egerunt: profecerunt, etiam fecerunt fructum: prope fuisti ori eorum, & longè a renibus eorum.

3 Et tu Iehouah nosti me, uidi me & probasti cor meum quod tecum est: euelle eos sicut oues ad iugulationem, & prepara eos ad die occisionis.

4 Quousque tandem desolata erit terra, & herba omnis agri arescet, propter malitiam habitantium in ea: defecerunt animalia & uolucres: quoniam dixerunt, Non uidebit nouissima nostra.

5 Si cum pedibus cucurristi & fatigauerunt te, quomodo miscebis te cum equis? & in terra pacis tu fidebas, & quomodo facies in elatione Iardén?

6 Nam etiam fratres tui, & domus patris tui, etiam ipsi prauaricati sunt in te, etiam ipsi clamauerunt post te congregatio: ne credas eis quum loquuti fuerint tibi bona.

7 Dereliqui domum meam, deserui hereditatem meam, dedi dilectionem animae meae in manum inimicorum eius.

8 Fuit mihi haereditas mea tanquam leo in sylua: dedit contra me uocem suam, ideo odi eam.

9 Nunquid ut auis tineta haereditas mea mihi? annon aues circumstant per circuitum contra eam? & dicunt, Venite, congregate omnes bestias agri, uenite ad deuorandum eam.

10 Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt portionem meam, posuerunt portionem desiderabilem meam in desertum solitudinis.

11 Posuit eam in desolationem, luxit contra me desolata: desolata erit omnis terra haec, quia non est quisquam qui ponat super cor.

12 Super omnia loca excelsa in deserto uenerunt uastatores: quia gladius Iehouae deuorat ab extremo terrae usque ad extremum eius: non est pax uniuersae carni.

13 Seminauerunt frumenta, & spinas messuerunt: aegrotauerunt, quod non profecerunt: pudore suffusi sunt propter fructus uestros ob iram furoris Iehouae.

14 Sic dixit Iehouah aduersum omnes uicinos meos pessimos, qui attrectant haereditatem, quam haereditare feci populum meum Iusrahel, Ecce euellam eos e terra sua, & domum Iehudah euellam e medio eorum.

15 Et erit, Postquam euulsero eos, conuertat, & miserebor eorum, & reducam eos: quaeque ad haereditatem suam, & quenque ad terram suam.

16 Erit praeterea, si discendo didicerint uias populi mei, ut iurent scilicet in nomine meo, uiuit Iehouah, sicut docuerunt populum meum iurare in Bayal, aedificabuntur in medio populi mei:

17 Si autem non audierint, euellam gentem illam euellendo, & perdendo dixit Iehouah.

## CAPVT XIII.

1. Interitus Iudeorum praefiguratur & eorum dispersio. 11. Quare assumptus Israel in populum Dei & quare reiectus. 15. Prouocat ad poenitentiam. 23. Consuetudo mali indelebilis.

1 **S**ic dixit Iehouah ad me, Vade, & eme tibi singulum lineum, & ponas illud super lumbos

bos tuos, & in aquam non inferas illud.

2 Emi igitur cingulum illud, iuxta verbum Iehouæ, & posui super lumbos meos.

3 Fuitque verbum Iehouæ ad me secundò, dicendo,

4 Tolle cingulum quod emisti, quod est super lumbos tuos, & surge: vade ad Euphratè, & absconde illud ibi in foramine petræ.

5 Perrexi itaque, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat Iehouáh mihi.

6 Et fuit, in fine dierum multorum dixit Iehouáh ad me, Surge, vade ad Euphratè, & tolle inde cingulum quod præcepi tibi vt absconderes ibi.

7 Perrexi itaque ad Euphratè, & fodi, tuliq; cingulum de loco in quo absconderam illud, & ecce computruerat cingulum illud, nec vtile erat vlli rei.

B 8 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,

9 Sic dixit Iehouáh, Sic putrescere faciam superbiam Iehudáh, & superbiam Ierusaláim multam,

10 Populum inquam istum pessimú qui renuunt audire verba mea, qui ambulat in duritie cordis sui, abieruntque post deos alienos vt seruiant eis, & incuruet se eis: & erit sicut cingulum istud quod nullius est vtilitatis.

11 Sicut enim adhæret cingulú lumbis viri, sic adhære feci mihi totam domum Iŵsrahél, & vniuersam domum Iehudáh, dixit Iehouáh: vt sint mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: at non audierunt.

12 Dices ergo ad eos verbum istud, Sic dixit Iehouáh Deus Iŵsrahél, Omnis vter implebitur vino. Et dicent ad te, Nunquid ignoramus quòd omnis vter implebitur vino?

13 Dices autem ad eos, Sic dixit Iehouáh, Ecce ego impleo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent pro Dauide super solio eius, & Sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Ierusaláim, ebrietate.

C 14 Et collidam eos alter ad alterum, patres & filios pariter, ait Iehouáh: non parcam, neque vtar misericordia, nec miserebor vt non destruam eos.

15 Audite & auscultate, Ne eleuetis vos: quia Iehouáh locutus est.

16 Date Iehouæ Deo vestro gloriam antequam contenebescere faciat, & antequam offendant pedes vestri ad móres caliginosos: & expectetis lucem, & ponat eam in vmbra mortis & in caliginem.

Thren. 1. d. 2 17 Quòd si non audieritis istud, in occultis plorabit anima mea propter superbiam vestram: & lachrymádo lachrymabitur, deducetq; oculus meus lachrymas, quòd captus sit grex Iehouæ.

18 Dic Regi & Reginae, Humiliate vos, sedete humi: quoniam descendit de capitibus vestris corona gloriæ vestræ.

19 Ciuitates quæ sunt ad Meridiem clausæ sunt, & nò est qui aperiat: translata est Iehudáh tota, translata est omnino.

20 Leuate oculos vestros, & videte eos qui veniunt ab Aquilone, vbinam est grex qui datus est tibi, pecus gloriæ tuæ?

D 21 Quid dices quò visitauerit te? tu enim assuefecisti eos super te principes & in caput: nòne dolores apprehendent te vt mulierem parturientem?

22 Quòdque dixeris in corde tuo, Quare euenerunt mihi ista? Propter multitudinem iniquitatis tuæ discoopertæ sunt fimbriæ tuæ, discoopertæ sunt plantæ tuæ.

23 Nunquid mutabit Æthiops pellem suam, & pardus maculas suas? vos quoq; poteritis benefacere, assueti malefacere?

Suprà 30. 6

24 Idcirco dispergam eos tanquam stipulam transeuntem ad ventum deserti.

25 Hæc fors tua, & portio mësurarum tuarum à me, dixit Iehouáh, quæ oblita es mei, & fidisti mendacio.

26 Et etiam ego nudavi fimbrias tuas contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua.

27 Adulteria tua, & exultationes tuæ, sceditas fornicationis tuæ super colles: in ipso agro vidi abominationes tuas. vq; tibi Ierusaláim, non mundaberis, post quando adhuc?

CAPVT XIII.

1 De ficitate futura in Iudæa. 7 Oratio populi petentis misericordiam à Domino. 10 Non exauditur populus infidelis. 12 Oratio Ieremia: 14 Falsi prophete seducentes populum. 19 Rursum orat populus peccata sua agnoscens, & Deu commemoratione pacti sui ad parcendum. mutans.

1 Verbum Iehouæ quod fuit ad Irmeiáhu super verba prohibitionum pluuiarum:

2 Desolata est Iehudáh, & portæ eius desolatæ sunt, obscuratæ sunt in terram, & clamor Ierusaláim ascendit.

3 Et maiores eorum miserunt minores suos ad aquam: qui venerunt ad fossas, & non inueniunt aquam ullam: reuersi autem cum vasis suis vacui, pudore affecti sunt, erubuerunt, & obtexerunt caput suum,

4 Eo quòd terra erat contrita: quia non fuit pluuiam in terra, pudore affecti sunt agricolæ, & obtexerunt caput suum.

5 Quin cerua in agro peperit, & dereliquit: quia non erat herba.

6 Et onagri steterunt in excelsis, attraxerunt ventum tanquam dracones, defecerunt oculi eorum: quia non erat herba.

7 Si iniquitates nostræ testificantur còtra nos, Iehouáh fac propter nomen tuum: quia multæ sunt rebelliones nostræ, tibi peccauiimus.

8 Expectatio Iŵsrahél, seruator eius in tempore afflictionis, quare futurus es veluti peregrinus in terra, & tanquam viator qui declinat ad pernoscendum?

9 Quare futurus es veluti vir attonitus, & tanquam fortis qui non potest saluum facere? tu autem in medio nostri es Iehouáh, & nomen tuum super nos inuocatú est, ne derelinquas nos.

10 Sic dixit Iehouáh populo huic, Ita expectauerunt mouere se, pedes suos non prohibuerunt: ideo Iehouáh noluit eos, nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccatum eorum.

B

11 Et dixit Iehouáh ad me, Ne ores pro populo isto in bonum.

Suprà 7. c. 14

12 Quum ieiunauerint, ego non exaudiam clamorem eorum: & quum obtulerint holocaustum, & oblationem, non acceptabo ea: quia gladio, & fame, & peste consumam eos.

13 Et dixi, Aháh Dòmine Iehouáh, ecce prophete dicunt eis, Non videbitis gladium, nec fames erit vobis: sed pacem veram dabo vobis in loco isto.

Infra 23. d. 15, & 27. c. 21, & 29. b. 8

- 14 Et dixit Iehouáh ad me, Falsum vates vaticinantur in nomine meo: non enim misi eos, neque præcepi eis, nec loquurus sum ad eos: sed visionem mendacem, & diuinationem & nihilum & seductionem cordis sui vaticinantur vobis.
- 15 Idcirco sic dixit Iehouáh super vates qui vaticinantur in nomine meo, & ego nõ misi eos, qui que dicunt, Gladius & fames non erit in terra ista: gladio & fame cõsumetur vates illi.
- 16 Et populus quibus vaticinantur, proiecti erunt in plateis Ierusalem præ fame & gladio, nec erit qui sepeliat eos: ipsi inquam, vxores eorum, & filij eorum, & filia eorum, & effundã super eos malum suum.
- Thren. 1. f. 16  
2. f. 18
- 17 Dices itaque ad eos verbum istud, Deducãt oculi mei lachrymas nocte ac die, & ne quiescant: quoniam contritione magna cõtrita est virgo filia populi mei, plaga dura valde.
- D 18 Si egressus fuero in agrũ, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce ægrotantes fame: quoniam tum Vates, tũ Sacerdos circueiunt in terram, & non cognouerunt.
- 19 Nunquid abiiciendo abiecisti Iehudã? nõ Sion abominata est anima tua? quare percutere fecisti nos, & non est nobis sanitas? expectauimus pacem, & nullum fuit bonum: tempus sanitatis, & ecce turbatio.
- Suprà 8. c. 15
- 20 Agnoscimus Iehouáh impietatem nostrã, iniquitatem Patrum nostrorum, nam peccauimus tibi:
- 21 Ne reprobos propter nomen tuũ, & ne deicias solium gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias pactum tuum nobiscum inquitum.
- 22 Nunquid sunt in vanitatibus Gentium qui pluere faciant, & non celi dabunt imbres? an non tu es Iehouáh Deus noster? te igitur expectamus: tu enim fecisti omnia hæc.
- CAPVT XV.
- 1 Ostendit Deus quantopere sibi displiceat idololatria, & animus à penitentia alienus. 6 Causa tantorum malorum. 10 Conqueritur se occasione fuisse discordia. 11 Promittitur ei auxiliũ. 13 Rursus annuntiat Iudeorum vastationem. 15 Iterũ veluti conquerendo petit liberationem à sua afflictione. 19 Respondens Dominus Propheta, ostendit fructum laboris.
- 1 ET dixit Iehouáh ad me, Si steterint Mo-  
seléh & Semuxél coram me, non erit anima mea ad populũ istum: eiice à facie mea, & egrediatur.
- Zach. 11. b. 9
- 2 Et erit, quũ dixerint ad te, Quò egrediemur? dices ad eos, Sic dixit Iehouáh, Qui ad mortẽ, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.
- 3 Et præficiam eis quatuor gentes, dixit Iehouáh, gladium ad occidendum, & canes ad distrahendum, & volatilia celi & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum.
4. Re. 21. b. 11
- 4 Et dabo eos in commotionem vniuersis regnis terræ propter Menasséh filiũ Iehizciahu Regis Iehudã, propterea quæ fecit in Ierusalem.
- 5 Quis enim miserebitur tui Ierusalem? & quis condolebit tibi? & quis discedet ad petendum de pace tua?
- B 6 Tu dereliquisti me, dicit Iehouáh, retrorsum abiisti: ob id extendam manum meam super te vt disperdam te, fatigatus sum toties penitente.
- 7 Et ventilauit eos ventilabro in portis terræ: orbauit & perdidit populum meum, & tamen à viis suis non sunt reuersi.
- 8 Multiplicatæ sunt mihi viduę eius præ arena maris: adduxi illis contra congregationem iuuenum vastatorem ipso meridie, ruere feci super eam repente ciuitatem, & festinanter.
- 9 Eneruata est quæ peperit septẽ, dolore affecta est anima eius: occidit sol eius quũ adhuc esset dies, pudore affecta est & erubuit: residuum verò earum in gladium dabo coram inimicis eorum, dixit Iehouáh.
- Amos. 8. c. 9
- 10 Væ mihi mater mea quòd genuisti me virũ rixæ & virum discordiæ toti terræ: non fœneraui eis, nec fœnerati sunt mihi: omnes maledicunt mihi.
- 11 Dixit Iehouah, Si non reliquæ tuę in bonũ, si non occurrere fecero tibi in tempore malo, & in tempore afflictionis inimicum.
- 12 Nunquid ferrum conteret ferrum quod est ab Aquilone, & æs?
- 13 Opes tuas & thesauros in direptionem dabo absque pretio, idque propter omnia peccata tua: & in omnibus terminis tuis.
- 14 Et transire faciam te ad inimicos tuos, in terram quam non nosti: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.
- 15 Tu nosti Iehouáh, recordare mei & visita me, & vindica me de inimicis meis: ne in longanimitate furoristui suscipias me, scito quòd iustineam propter te opprobrium.
- 16 Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos: & fuit verbum tuum mihi in gaudium, & in lætitiã cordis mei: quia inuocatum est nomen tuum super me Iehouáh Deus exercituum.
- 17 Non fedi in cœtu ludentium, nec exultaui: propter plagam tuam solus fedi, quoniam ira replesti me.
- 18 Vt quid fuit dolor meus fortis, & plaga mea desperata, quæ rehuic curari? futurus es mihi veluti uena mendax, ueluti aquæ quæ non sunt fideles.
- 19 Propterea sic dixit Iehouáh, Si conuersus fueris, tunc conuertam te, & coram me stabis: & si eduxeris pretiosum à vili, tãquam os meũ eris: conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertèris ad eos.
- 20 Et dabo te populo huic murũ æneum, munitum, pugnabuntque contra te, & non preua lebunt tibi: quia tecum sum vt seruem te, & eruam te, dixit Iehouáh:
- 21 Et eruam inquam te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.
- CAPVT XVI.
- 1 Iudeorum calamitatem prædicit. 10 Idolorũ cultum & Legẽ Dei contemptũ, cãtã calamitatis causam esse ostendit. 13 Captiuitatẽ Babilonicã prædicit, & populi liberationẽ ab ea. 19 Vocatio Gitiũ.
- 1 ET fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- 2 Non accipies tibi vxorem, nec erunt tibi filij & filia in loco isto.
- 3 Quoniam sic dixit Iehouáh de filiis & filiabus qui nati fuerint in loco isto, & de matribus eorum quæ genuerint eos, atque de patribus eorum qui procreauerint eos in terra ista,
- 4 Mortibus ægrotationum morientur, non plangentur, neque sepelientur, sed in sterquilinum super faciem terræ erunt, gladioque & fame confluentur: & erunt cadauera eorum in escam volatilibus celi, & bestiis terræ.
- 5 Sic
- Deut. 32. c. 21  
Rom. 10. d. 19  
Infra 30. c. 19

nem meam : & scient quòd nomen meum est Iehouáh.

CAPVT XVII.

1 *Iudaorum pertinacitas. 5 Maledicti confidentes in homine. 7 Benedicti, quorum Dominus est fiducia. 9 Cor hominis prauium. 10 Deus scrutator cordium. 13 Orat Ieremias auxilium à Deo: 14 Derelinquere Deum. Aqua viua. A Domino vera salus petenda. 21 Sanctificationem sabbathi praecipit.*

1 **P**eccatum Iehudáh scriptum est stylo ferro, & vngue adamantino: sculptum in tabula cordis eorum, & in cornibus ararum vestrarum.

2 Recordantur enim filij eorum ararum ipsorum, & lucorum ipsorum *quae sunt iuxta arbores virides, & in collibus excelsis.*

3 Montane, in agro opes tuas & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, propter peccatum excelsorum tuorum *quae sunt in vniuersis finibus tuis.*

4 Et remissio erit in te ab haereditate tua quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam non nosti: quoniam ignem succendisti in furore meo qui usque in aeternum ardebit.

5 Sic dixit Iehouáh, Maledictus vir qui fidit homini, & ponit carnem brachium suum, & à Iehouáh recedit cor eius.

6 Erit enim tanquam myrica in deserto, neque videbit quum venerit bonum, sed habitabit in siccitatibus in deserto, terra desolata, & *quae non habitatur.*

7 Benedictus vir qui fidit Iehouae: & est Iehouáh fiducia eius.

8 Erit enim tanquam arbor plantata secus aquas, & *quae iuxta riuum mittit radices suas, & non videbit quum venerit aestus, eritque folium eius viride, & anno prohibitionis pluuiae non timebit, nec desinet facere fructum.*

9 Fraudulentum est cor praeter omnibus rebus & peruersum, quis cognoscet illud?

10 Ego Iehouáh scrutans cor, probans renes, vt dem vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum operum suorum.

11 Sicut perdix *quae colligit oua aliena, quae non perit, sic qui facit diuitias & non in iudicio, in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens.*

12 Vt folium gloriae altitudo à principio: sic locus sanctificationis nostrae.

13 O spes IIsraél Iehouáh, omnes qui derelinquunt te pudore suffundentur: & recedentes à me in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum viuientium Iehouam.

14 Sana me Iehouáh, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es.

15 Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum Iehouae? veniat nunc.

16 Et ego non sum abominatus ne essem pastor post te: & diem contritionis non desideravi, tu nosti: quod exiuit de labiis meis coram te fuit.

17 Ne sis mihi formidini, spes mea tu in die mala.

18 Pudore afficiantur persequentes me, & ne pudore afficiar: paueat ipsi, & ne paueam ego: induc super eos diem malam, & duplici contritione contere eos.

5 Sic enim dixit Iehouáh, Ne ingrediaris domum luctus, nec vadas ad plangendum, neque condoleas eis: quia abstuli pacem meam à populo isto, dixit Iehouáh, misericordiam & miserationes.

6 Et morietur magni & parui in terra hac: non sepelientur, nec plangent eos, neque se incidet, nec decaluabunt se propter eos.

B 7 Et non expandent manus suas ob luctum vt consolentur eos super mortuo, neque potabunt eos calice consolationum super patre suo & super matre sua.

8 Domum quoque conuiuij ne ingrediaris, vt sedeas cum eis ad comedendum & bibendum:

9 Sic enim dixit Iehouáh exercituum Deus IIsraél, Ecce ego cessare faciam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij & vocem laetitiae, vocem sponsi & vocem sponsae.

Supra 5. c. 19 10 Eritque, quum renuntiaueris populo huic omnia verba haec, & dixerint tibi, Propter quid loquutus est Iehouáh super nos omne malum graue hoc? & quae est iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum quod peccauimus Domino Deo nostro?

11 Tunc dices ad eos, Propterea quòd dereliquerunt Patres vestri me, ait Iehouáh, & ambulauerunt post deos alienos, & seruiuerunt eis, & incurauerunt se eis, me autem dereliquerunt, & Legem meam non custodierunt.

C 12 Et vos peius fecistis faciendo quam Patres vestri: ecce enim vos ambulatis vnusquisque post duritiem cordis sui mali, vt non audiat me.

Infr. 23. b. 8 13 Idcirco eiiciam vos de terra hac ad terram quam nec vos nouistis, neque Patres vestri: ibique seruietis diis alienis die ac nocte, quia non dabo vobis misericordiam.

14 Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & non dicetur vltra, Viuit Iehouáh qui ascendere fecit filios IIsraél à terra Aegypti:

15 Sed, Viuit Iehouáh qui ascendere fecit filios IIsraél de terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas expulerat eos: & reducã eos in terram suam quam dedi Patribus eorum.

16 Ecce ego mitto ad piscatores multos, dixit Iehouáh, & piscabuntur eos: & postea mittam ad multos venatores, & venabuntur eos ex omni monte, & omni colle, & de cauernis petrarum.

D 17 Quia oculi mei super omnes vias eorum, & non sunt occultatae à facie mea: neque est abscondita iniquitas eorum à conspectu oculorum meorum.

18 Et reddam primum duplum iniquitatis eorum, & peccatum eorum: eo quòd contaminauerunt terram meam cadaueribus abominationum suarum, & abominationibus suis impleuerunt haereditatem meam.

19 Iehouáh fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die afflictionis: ad te Gentes venient ab extremis terrae, & dicent, Verè mendacium possederunt Patres nostri, vanitatem, & non est in eis utilitas.

20 Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dii?

21 Idcirco ecce ostendam eis vice hac, ostendam inquam eis manum meam, & fortitudi-

Infr. 48. a. 6

B Psal. 1. d. 3

1. Reg. 16. b. 7  
Psal. 7. c. 10  
Apoc. 2. f. 23

C

- 19 Sic dixit Iehouáh ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur Reges Iehudáh, & per quam egrediuntur, & in omnibus portis Ierusaláim,
- 20 Et dices ad eos, Audite verbum Iehouæ Reges Iehudáh & omnis Iehudáh, omnesque habitatores Ierusaláim, qui ingredimini per portas istas:
- 21 Sic dixit Iehouáh, Cauete propter animas vestras, & ne porteris onus die sabbathi, neque inferatis per portas Ierusaláim,
- 22 Neque efferatis onus de domibus vestris die sabbathi, nec vllum opus faciatis: sed sanctificate diem sabbathi quemadmodum præcepi Patribus vestris.
- D 23 At illi non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent, & ne acciperent disciplinam.
- 24 Erit enim si audiendo audieritis me, dixit Iehouáh, vt non inferatis onus per portas ciuitatis huius die sabbathi, sed sanctificaueritis diem sabbathi, vt non faciatis in eo vllú opus:
- 25 Ingrederentur per portas ciuitatis huius Reges & principes, sedentes super solium Dauid, vesti curru & equis, ipsi & principes eorú, viri Iehudáh & habitatores Ierusaláim, habitabuntque ciuitas hæc in seculum.
- 26 Et venient de ciuitatibus Iehudáh & de circuitibus Ierusaláim, & de terra Biniamin, & de campestribus, & de monte, & ab Austro adducentes holocaustum, & sacrificium, & oblationem, & thus, adducentes inquam laudem in domum Iehouæ.
- 27 Si autem non obedieritis mihi, vt sanctificetis diem sabbathi, nec porteris onus, nec ingrediamini cum onere per portas Ierusaláim die sabbathi, succendam ignem in portis eius, qui deuorabit domos Ierusaláim, nec extinguetur.

## CAPVT XXIII.

<sup>1</sup> Exemplo figuli ostendit Deus in manu sua esse, contemptores verbi sui posse perdere, eosdem autem respicientes reedificare. <sup>3</sup> Conuersis misericordia promittitur. <sup>11</sup> Iudeis obstinatis parat Dominus exitum. <sup>18</sup> Conspiratio Iudeorú in Ieremiá. <sup>19</sup> Oratio Ieremie contra aduersarios, quibus mala non tã imprecatur, quã prædicat.

- <sup>1</sup> **V**erbú quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, vt diceret,
- <sup>2</sup> Surge, & descende in domum figuli, & ibi audire faciam te verba mea.
- <sup>3</sup> Descendi igitur in domum figuli, & ecce faciebat opus super rotam.
- <sup>4</sup> Et dissipatum est vas quod ipse faciebat ex luto in manu figuli: & cõuersus fecit illud, vas alterum, secundum quòd reatum visum est in oculis figuli vt faceret.
- <sup>5</sup> Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- Rom. 9. d. 20  
Esa. 45. b. 9  
<sup>6</sup> Nunquid sicut figulus iste non potero facere vobis, domus Iŵsrahél, ait Iehouáh? ecce, sicut est lutum in manu figuli, sic estis in manu mea, ô domus Iŵsrahél.
- Suprà 1. b. 10  
<sup>7</sup> Repentè loquar aduersus Gêtem aliquam, & aduersus regnum, vt euellam, & confringam, & perdam.
- B <sup>8</sup> Sin autem conuertatur gens ipsa à malo suo contra quod loquutus sum, pœnitebit me mali quod cogitaueram facere ei.
- <sup>9</sup> Repentè quoque vt loquutus fuero de Gête

aliqua, & de regno, vt ædificem & plantem,

10 Et fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitebit me illius boni quo constitui illi benefacere.

- 11 Nunc ergo dic quæso viro Iehudáh, & habitatoribus Ierusaláim, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito cõtra vos cogitationem: reuertimini nũc quisque à via sua mala, & bonas facite vias vestras, & opera vestra.
- 12 Et dixerunt, Desperatum est: sed post cogitationes nostras ibimus, & singuli cogitationem cordis sui mali faciemus.
- 13 Ideo sic dixit Iehouáh, Interrogate nunc Gêtes, Quis audiuit similia? rem valde fœdam fecit virgo Iŵsrahél.
- 14 Nunquid relinquet aliquis de petra agri niuè Lebanón? num relinquentur aquæ alienæ, frigidæ, defluentes?
- 15 Quòd oblitus est mei populus meus, frustra adolent, & impingere faciunt eos falsi prophete in viis suis, vt deserant semitas lógi temporis, vt ambulent per semitas, id est, per viam non calcatam.
- 16 Vt ponant terram suam in admiratione, sibi-  
lósque perpetuos: omnis qui transferit iuxta eam admirabitur, & mouebit caput suum.
- 17 Sicut ventus Orientalis dispergam eos coram inimico: ceruicem, & non faciem ostendá eis in die perditionis eorum.
- 18 Et dixerunt, Venite, & excogitemus contra Irmeiáhu malas cogitationes: nõ enim peribit Lex à Sacerdote, & consilium à sapiete, & verbum à Propheta. venite, & percutiamus eum lingua, & ne attendamus ad vlla verba eius.

- 19 Attende Iehouáh ad me, & audi vocem litigantium mecum.
- 20 Nunquid redditur pro bono malum, quòd foderunt foueam animæ meæ? recordare quòd steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, vt auerterem iram tuam ab eis.
- 21 Propterea trade filios eorum in famem, & fluere fac eos per manus gladij: & sint vxores eorum orbatæ, & viduæ, & viri earú sint occisi morte, iuuenes eorum sunt percussi gladio in prælio.

22 Audiatur clamor de domibus eorum, quum adduxeris super eos exercitum repentè: quia foderunt foueam, vt caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

- 23 Tu autem Iehouáh nosti omne consilium eorum aduersum me in mortem: ne propitius iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua ne deleas: sintque impingentes in conspectu tuo, tempore furoris tui fac cum eis.

## CAPVT XIX.

<sup>1</sup> Prædicat Ierosolymitanú excidium ob contemptum verbi Dei: cuius rei symbolum est dissipatio lagenæ fictilis, quæ semel fracta, instaurari non potest.

- <sup>1</sup> **S**ic dixit Iehouáh, Vade, & eme œnophorú à figulo testaceum, & duc tecum de senioribus populi, & de senioribus sacerdotum:
- <sup>2</sup> Et egredere ad Vallem filij Hinnóm, quæ est in ostio portæ fictilis, & prædica ibi verba hæc quæ loquar ad te.
- <sup>3</sup> Dic autem, Audite verbum Iehouæ Reges Iehudáh, & habitatores Ierusaláim, sic dicit Iehouáh exercituú, Deº Iŵsrahél, Ecce adduco malum

malum super locum istum, ita ut quicumque au-  
dierit illud, tinniant aures eius:

4 Eo quod dereliquerunt me, & alienum red-  
diderunt locum istum, & adoleverunt in eo  
diis alienis, quos non nouerant ipsi, & Patres  
eorum, & Reges Iehudáh, & repleuerunt locum  
istum sanguine innocentum.

B 5 Aedificauerunt quoque excelsa Báyal, ad co-  
burendum filios suos igni in holocausta ipsi  
Báyal, quod non præcepi, nec loquutus sum,  
sed nec ascendit super cor meum.

6 Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouáh,  
& non vocabitur locus iste amplius Tho-  
pheth, & Vallis filij Hinnóm, sed vallis occi-  
sionis.

7 Et dissipabo consilium Iehudáh & Ierusa-  
láim in loco isto, & cadere faciam eos gladio  
coram inimicis suis, & in manu quærentium  
animas eorum: tradámque cadauera eorum in  
escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.

8 Et ponam ciuitatem hanc in stuporem & si-  
bilum: omnis qui transierit per eam, obstu-  
pescet, & sibilabit propter vniuersas plagas e-  
ius.

C 9 Et comedere faciam eos carnem filiorum  
suorum & carnem filiarum suarum, & vnus-  
quisque carnem amici sui comedet in obsidio-  
ne & angustia qua angustiis afficient eos ini-  
mici eorum & quærentes animam eorum.

10 Conteres autem cænophorum in oculis vi-  
rorum qui eunt tecum,

11 Dicéque ad eos, Sic dixit Iehouáh exerci-  
tuum, Sic conteram populum istum & ciuita-  
tem istam, sicut conterit quispiam vas figuli  
quod non potest instaurari vltra, & in Tho-  
pheth sepelientur, eo quod non erit locus alius  
ad sepeliendum.

12 Sic faciam inquam loco huic, ait Iehouáh: &  
habitoribus eius, ut ponam ciuitatem istam  
sicut Thopheth.

D 13 Et erunt domus Ierusaláim, atque domus  
Regum Iehudáh sicut locus Thopheth, immu-  
dæ: propter omnes domos super quarum te-  
ctis adoleuerunt vniuersæ militiæ cæli, & li-  
bauerunt libamina diis alienis.

14 Venit autem Irmeiáhu de Thopheth quò  
miserat eum Iehouáh ut prophetaret: & stetit  
in atrio domus Iehouæ, dixitque ad omnem  
populum.

15 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Israél,  
Ecce adduco super ciuitatem istam & super  
omnes vrbes eius omne malum quod loquu-  
tus sum contra eam: quoniam indurauerunt  
ceruicem suam, ne audirent verba mea.

CAPVT XX.

1 Jeremias ob verbum Dei percutitur, & in carcere coñcitur. 3 Præ-  
dixit exilium Babylonicum. 7 Conqueritur se esse in derisum  
ob verbum Dei. 9 Nolens cogitur predicare verbu Dei. 11 Fi-  
ducia propheta in Deum. 13 Gratiarum actio ob liberationem  
suam, postquam rursus a tentatione impetitur.

1 **E**T audiuit Pawshúr filius Immér sacer-  
dos (is autem erat præpositus & dux in  
domo Iehouæ) Irmeiáhu prophetantem ver-  
ba ista.

2 Et percussit Pawshúr Irmeiáhu prophetá,  
& posuit eum in carcerem qui erat in porta  
Biniámin superiore, quæ erat in domo Ie-  
houæ.

3 Et fuit in crastino ut educeret Pawshúr Ir-  
meiáhu de carcere: & dixit ad eum Irmeiáhu,  
Non Pawshúr vocauit Iehouáh nomé tuum,  
sed Magór Missabib, id est pauorem undique:

4 Quia sic dixit Iehouáh, Ecce ego ponam te  
in pauorem tibi, & omnibus diligentibus te:  
& corruent gladio inimicorum tuorum, vi-  
dentibus oculis tuis: & omnem Iehudáh da-  
bo in manum Regis Babel, & traducer eos in  
Babel, percutiétque eos gladio. B

5 Dabo præterea omnes opes ciuitatis huius,  
& omnem laborem eius, & omne pretiosum  
eius: sed & cunctos thesauros Regum Iehu-  
dáh dabo in manum inimicorum tuorum, &  
deripient eos, tolléntque eos, & deducét eos  
in Babel.

6 Tu autem Pawshúr, & omnes habitatores  
domus tuæ ibitis in captiuitatem, & Babel in-  
gredieris, ibique morieris: & ibi sepelieris tu  
& omnes diligentes te, quibus vaticinatus es  
mendaciter.

7 Seduxisti me Iehouáh, & seductus sum, for-  
tior me fuisti, & præualuisti: fui in derisum o-  
mni die, vniuersus Iuda subsannat me.

8 Quia omni tempore quo loquor, vociferor,  
iniquitatem & vilitatem clamo: quia fuit ver-  
bum Domini mihi in opprobrium & subsan-  
nationem tota die. C

9 Et dixi, Nò recordabor illius, neque loquar  
vltra in nomine eius: & fuit in corde meo ver-  
bum Dei tanquam ignis ardens, & clausus in of-  
sibus meis, & fatigatus fui ferendo, nec potui.

10 Audiui enim obrestitutionem multorum,  
pauor est vndique, Annuntiate, & renuntiabi-  
mus illud. Omnes viri pacis meæ obseruát an-  
claudicem in aliquo, dicentes, Fortè decipietur, &  
præualebimus ei, & sumemus vltionem no-  
stram de eo.

11 Iehouáh autem mecum est tanquam potens  
fortis: idcirco persequentes me impingét nec  
præualebunt mihi, pudore afficientur vehemé-  
ter, quia non prosperè agent, ignominia per-  
petua erit illis quæ obliuioni non tradetur. D

12 O Iehouáh exercituum qui probas iustum,  
qui vides renes & cor, videam vltionem tuam  
de eis: quia tibi reuelauí causam meam. 1. Par. 28. b. 9  
Psal. 7. c. 10  
Sup. 11. d. 20,  
& 17. b. 10

13 Cantate Iehouæ, laudate Iehouam, quia li-  
berauit animam pauperis de manu malo-  
rum.

14 Maledicta sit dies illa in qua natus sum: dies  
in qua peperit me mater mea, ne sit benedicta. Iob 3. 4. 3

15 Maledictus sit vir ille qui annuntiauit patri  
meo, dicédo, Natus est tibi filius masculus, &  
lætificando lætificauit eum.

16 Et sit vir ille sicut ciuitates quas subuertit Ie-  
houáh, & non pœnituit eum: audiat præterea  
clamorem manè, & vociferationem tempore  
meridiano.

17 Quòd non interfecerit me à vulua, & fuisset  
mihi mater mea sepulchrum meum, & vulua  
eius fuisset conceptus in seculum.

18 Ut quid hoc quòd de vulua egressus sum ut vi-  
derem laborem & dolorem, & consumerétur  
in pudore dies mei?

CAPVT XXI.

Vaticinatur Sedeciam capiendum, & urbem exurendam.

1 **V**Erbu quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh,  
quando misit ad eum Rex Sidciáhu,  
Pawf.

Sup. 18. c. 16  
Inf. 49. c. 13,  
& 50. c. 13

Inf. 23. g. 40

D

1. Par. 28. b. 9

Psal. 7. c. 10

Sup. 11. d. 20,

& 17. b. 10

Iob 3. 4. 3

- Pawshúr filium Malciáh, & rSephaniáh filium Mayawseiáh Sacerdotem, ut dicerent,
- 2 Interroga nunc pro nobis Iehouam: quia Nebuchadræsar Rex Babel preliatur aduersum nos: si forte faciat Iehouáh nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & ascendat à nobis.
- 3 Et dixit Irmeiáhu ad eos, Sic dicetis ad rSidciáhu,
- 4 Sic dixit Iehouáh Deus Israhél, Ecce ego conuerto instrumenta bellica quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatís cum Rege Babel, & Chawsdím qui obsidet vos extra murum, & congregabo illos in medium ciuitatis huius.
- B 5 Et pugnabo contra vos manu extenta, & brachio forti, & furore, & indignatione, & ira magna.
- 6 Percutiámque habitatores ciuitatis huius: & homines, & animalia, pestilentia magna morientur.
- 7 Et postea (sic dixit Iehouáh) Dabo rSidciáhu Regem Iehudáh, & seruos eius, & populú, & qui remanserint in ciuitate hac à peste, & à gladio, & à fame, in manum Nebuchadræsar Regis Babel, & in manum inimicorum eorú, atque in manum quærentium animam eorú: & percutiet eos acie gladij, non ignoscet eis, nec parceret, neque miserebitur.
- C 8 Ad populum verò istum dices, Sic dixit Iehouáh, Ecce propono vobis viam vitæ & viam mortis.
- 9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio, fame, & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chawsdím qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua in spoliis.
- 10 Posui enim faciem meam contra ciuitatem hanc in malum, & nõ in bonum, ait Iehouáh: in manum Regis Babel traderetur, & exuret eá igni.
- 11 Et domui Regis Iehudáh dic, Audite verbú Iehouæ:
- Infra 22. d. 3 12 Domus Dauid sic dixit Iehouáh, Iudicare manè iudicium, & eruite oppressum de manu opprimentis: ne egrediatur tanquam ignis ira mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam operum suorum.
- D 13 Ecce uenio ad te habitatrix vallis petrae campestris, ait Iehouáh: qui dicitis, Quis descendet contra nos, & quis ingredietur habitacula nostra?
- 14 Et visitabo vos iuxta fructum operú vestrorum, dixit Iehouáh: & succedam ignem in sylua eius, & absument omnia in circuitu eius.
- CAPVT XXII.
- 1 Regem Iuda abhorretur ad iudicium & iustitiam, 9 Quare sit Ierusalem in captiuitatem ducta. 11 Mors Sellum filij Iosia predictur. 13 Prophetat contra Ioaçim. 24 Ciuitatem Iechonia, qui & Ioaçim, predictur.
- 1 Sic dixit Iehouáh, Descende in domú Regis Iehudáh, & loquere ibi verbum hoc,
- 2 Et dic: Audi verbum Iehouæ Rex Iehudáh qui sedes super soliu Dauid, tu & serui tui, & populus tuus qui ingrediuntur per portas istas.
- 3 Sic dixit Iehouáh, Facite iudicium & iustitiam, & liberate oppressum de manu opprimentis, & aduenam & pupillum & viduam ne fraudetis, neque rapiatis: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.
- Supra 23. d. 12 4 Si enim faciendo feceritis verbum istud,
- ingredientur per portas domus huius Reges sedentes ex Dauid super solium eius, infidentes curru & equis, ipse & serui eius & populus eius.
- B 5 Quod si non audieritis verba hæc, per me iurauit, dixit Iehouáh, quod in solitudinem erit domus hæc.
- 6 Quia sic dixit Iehouáh super domum Regis Iehudáh, Gilyád tu fuisti mihi, & caput Lebanón: si non posuero te in solitudinem, & ut vrbes quæ non habitantur.
- 7 Et præparabo aduersum te interfectores, vnumquenq; cum armis suis, & succident electas cedros tuas, & coniciant in ignem.
- 8 Transibuntque Gentes multæ iuxta ciuitatem istam, & dicent quisque ad socium suum, Cur fecit Iehouáh sic ciuitati grandi huic?
- 9 Et dicent, Propterea quod dereliquerunt pactum Iehouæ Dei sui, & incuruauerunt se diis alienis, seruieruntque eis.
- 10 Ne desiteatis mortuum, & ne condoleatis ei: sed flendo flere pro abeunte: quia non reuertetur vltra, nec videbit terram natiuitatis suæ.
- 11 Quoniam sic dixit Iehouáh de Sallum Ixowshíahu filio Rege Iehudáh, qui regnat pro Ixowshíahu patre suo, Qui egressus est de loco isto, non reuertetur huc amplius.
- 12 Sed in loco ad quem trástulerint eum, morietur, & terram istam non videbit amplius.
- 13 Væ ædificanti domum suam sine iustitia, & cœnacula sua sine iudicio: proximo suo operatur gratis, & mercedem operis sui nõ dat ei.
- D 14 Qui dicit, Ædificabo mihi domum magnarum menturarum, & cœnacula spatiosa: & apertas facit ei fenestras, & restam domum cedrinis tabulis & pictam sinopide.
- 15 Nunquid regnabis quod tu misces te cum cedrino ædificio? annon pater tuus comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, & tunc bonum fuit ei?
- 16 Iudicauit iudicium pauperis & egeni, & tunc bonum fuit ei: nõne hoc est nosse me, dixit Iehouáh?
- 17 Sed non sunt oculi tui & cor tuum nisi ad auaritiam tuam, & ad sanguinem innocentem ut effundas, & ad opprersionem, & ad contritionem ut facias illa.
- 18 Propterea sic dixit Iehouáh de Iehoiacím filio Ixowshíahu Rege Iehudáh, Non plangent eum, Heu frater mi, & Heu soror: non plangent eum, Heu Domine, & Heu gloria eius.
- 19 Sepultura asini sepelietur, tractus & proiectus vltra portas Ierusaláim.
- 20 Conscende montem Lebanón, & clama, & in monte Bawán da vocem tuam, & clama vndiq; quia contriti sunt omnes amatores tui.
- 21 Locutus sum ad te in sclicitatibus tuis: dixisti, Non audiam. hæc via tua ab adolescentia tua, quod non audieris vocem meam.
- 22 Omnes pastores tuos depascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: tunc pudore afficeris, & erubesces propter vniuersam malitiam tuam.
- 23 Habitas in Lebanón, nidificas in cedris, quàm gratiosa eris quum venerint tibi dolores, & dolor tanquam parturientis?
- 24 Vivo ego, dixit Iehouáh, quod si esset Choniáhu filius Iehoiacím regis Iehudáh tanquam anulus in manu dextera mea, quod inquam in-
- de

de euellam te.

- 25 Et dabo te in manum quærentium animam tuam, & in manum eorum à quorum conspectu formidas, & in manum Nebuchadræxar Regis Babel, & in manum Chawldim.
- G 26 Et asportari faciam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua non estis nati, ibique moriemini.
- 27 Et ad terram ad quam ipsi eleuant animam suam, vt reuertantur illuc, illuc non reuertentur.
- 28 Num ut sculprile contemptibile & contritum est vir iste Choniáhu, aut ut vas in quo non est voluntas? vt quid proiecti sunt ipse & semen eius? proiecti inquam sunt super terram quam non nouerunt.
- 29 Terra, terra, terra, audi verbum Iehouæ,
- 30 Sic dixit Iehouáh, Scribite virum istum orbem, virum cui nihil prosperè ceder in diebus suis: nõ enim prosperè ager de semine eius vir sedens super folium Dauid, & qui dominetur vltra in Iehudáh.

CAPVT XXIII

1 In principes, pontifices, & alios populi prefatos. 3 De conuersione reliquiarum populi Iudaici ad fidem. 5 Christi veri pastoris aduentus prædicitur. 9 Contra pseudopphetas asserit Iudæa captiuitatem futuram. 12 Eorum pax. 16 Admonetur populus, ne pseudopphetis credat. 19 Contra pseudopphetas asserit Iudæa captiuitatem futuram. 22 Prophetæ prædicante verbum Dei, conuertit Deus corda audientium. 23 Deus vbique. 25 In prophetas sub nomine Domini mendacia prophætantes. 32 Miracula pseudopphetarum. 33 Ironice populi & pseudopphetarum interrogationi de opere Domini, respõdet grauitatem visionis ad eos pertinere.

- Exec. 34. d. 2 1 **V**Æ pastoribus qui perdunt & dispergunt oues pascuæ meæ, dixit Iehouáh.
- 2 Ideo sic dixit Iehouáh Deus Iŵsrahél ad pastores qui pascunt populū meum, Vos dispersistis oues meas, & eiecistis eas, & nõ visitastis eas: ecce visito super vos malitiam operū vestrorum, dixit Iehouáh.
- Exec. 34. c. 15 3 Et cõgregabo residuum ouium mearum de omnibus terris ad quas eieci eas, & redire faciam eas ad habitacula sua: & crescent, & multiplicabuntur.
- 4 Et constituam super eas pastores, & pascent eas, & non timebunt vltra, nec formidabunt, neque deficient, dixit Iehouáh.
- Esaiæ 4. d. 2, & 45. b. 8 Infr. 33. c. 14 Dan. 9. f. 24 Ioan. 1. g. 45 Dent. 33. d. 28 B 5 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit Rex, & prosperè ager, & faciet iudicium & iustitiam in terra.
- 6 In diebus eius saluus erit Iehudáh, & Iŵsrahél habitabit confidenter: & hoc est nomen eius quod vocabunt eum, Iehouáh iustus noster.
- 7 Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & nõ dicent vltra, Viuit Iehouáh qui ascendere fecit filios Iŵsrahél è terra Ægypti:
- Supr. 16. c. 13 8 Sed, Viuit Iehouáh, qui ascendere fecit, & qui adduxit semen domus Iŵsrahél de terra Aquilonis, & de omnibus terris ad quas eieci eos: & habitabunt in terra sua.
- 9 Propter prophetas contritum est cor meum in mediomei, commota sunt omnia ossa mea, fui tanquam vir ebrius, & veluti vir quem pertransiuit vinum, à facie Iehouæ, & à facie verborum sanctorum eius.
- 10 Quia adulteris repleta est terra, quia propter falsum iuramentum desolata est terra, & que

- runt pascua deserti: estque cursus eorum ad malum, & fortitudo eorum non recta.
- 11 Quia tam Propheta, quàm Sacerdos peccauerunt: etiam in domo mea inueni malum eorum, ait Iehouáh.
- 12 Idcirco erit via eorum eis tanquam lubrica itinera, in caligine impellentur, & corruent in ea: adducam enim super eos malum, annum visitationis eorum, ait Iehouáh.
- 13 Et in Prophetis Somron vidi insulsa, prophetauerunt in Bayál, & errare fecerunt populum meum Iŵsrahél.
- 14 Et in prophetis Ierusaláim vidi scæda: adulteria committunt, & ambulant in mendacio: & cõfortauerunt manus malorum, ita vt non conuertantur vnusquisq; à malitia sua: & fuerunt mihi vniversi ipsi vt habitatores Sedóm, & habitatores eius vt habitatores Amoráh.
- 15 Propterea sic dixit Iehouáh exercituum ad Prophetas illos, Ecce ego comedere facio eos absynthium, & propinare faciam eis aquã fellis: à Prophetis enim Ierusaláim egressa est iniquitas in omnem terram.
- 16 Sic dixit Iehouáh exercituum, Ne audiatis D verba Prophetarum illorum qui prophetant vobis: vanescere faciunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Iehouæ.
- 17 Dicunt dicendo, spernentibus me, Loquutus est Iehouáh, pax erit vobis: & omni ambulanti in duritia cordis sui dixerunt, Non veniet super vos malum.
- 18 Quis enim stetit in secreto Iehouæ, & vidit & audiuit verbum illius? quis attendit verbo eius & audiuit?
- 19 Ecce turbo Iehouæ cum furore egredietur: & turbo imminens super caput impiorum cader.
- 20 Non auertetur furor Iehouæ donec fecerit, & donec statuerit cogitationes cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis eam intelligentia.
- 21 Non nisi prophetas illos, & ipsi currebant: non sum loquutus ad eos, & ipsi propheta-bant.
- 22 Et si stetissent in secreto meo, & audire fecissent verba mea populum meum: & auerti fecissent eos à via sua mala, & à malitia operum eorum.
- 23 Nunquid Deus de propinquo ego sum, dixit Iehouáh, & non Deus de longinquo?
- 24 Num occultabit se quispiam in occultis, & ego non videbo eum, dixit Iehouáh? annon cælum & terram ego impleo, dixit Iehouáh?
- 25 Audiui quæ dixerunt prophetæ illi, prophætantes in nomine meo mendacium, dicendo, Somniaui, somniaui.
- 26 Vsq; quo? annõ est in corde prophetarum prophetantium mendacium, & prophetantium dolum cordis sui?
- 27 Annon inquam cogitant quomodo obliuisci faciãt populum meum nominis mei somniis suis quæ narrant quisque proximo suo? sicut obliu sunt & Patres eorum nominis mei propter Bayál?
- 28 Propheta apud quem est somnium, narret somnium: & apud quem est verbum meum, loquatur verbum meum verè: quid paleæ ad triticum, dixit Iehouáh?

Supr. 9. c. 15

D

E

Sup. 14. c. 13  
Infr. 27. c. 21  
& 29. b. 8

F

- 29 Nonne sic est verbum meum tãquam ignis, dixit Iehouáh: & veluti malleus qui conterit petram?
- 30 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Iehouáh, qui furantur verba mea quisque à proximo suo.
- 31 Ecce ego ad prophetas, ait Iehouáh, qui lenificant linguam suam, & dicunt, Dixit.
- 32 Ecce ego ad prophetantes somnia mendacia, ait Iehouáh, & narrant ea, & errare faciunt populum meum mendaciis suis & blanditiis suis: & ego non misi eos, nec præcepi eis: & proficiendo non profuerunt populo huic, dixit Iehouáh.
- 33 Quum autẽ interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicendo, Quod est onus Iehouæ? Dices ad eos, Quodnã sit onus? derelinquam vos, dixit Iehouáh.
- C** 34 Et Propheta, aut Sacerdos, vel populus qui dixerit, Prophetia Iehouæ: visitabo super virũ illum, & super domum eius.
- 35 Sic dicetis vnusquisque ad socium suum, & vnusquisque ad fratrem suum, Quid respõdit Iehouáh, & quid loquutus est Iehouáh?
- 36 Et, Onus Iehouæ non memorabitis vltra, quia onus erit vnicuique; verbum suum: & peruertistis verba Dei viuẽtis, Iehouæ exercituum Dei nostri.
- 37 Sic dices ad Prophetam, Quid respõdit tibi Iehouáh, & quid loquutus est Iehouáh?
- 38 Et si, Onus Iehouæ, dixeritis, propterea sic dixit, Iehouáh: Quia dixistis verbũ istud, Onus Iehouæ, & misi ad vos, dicendo, Ne dicatis, Onus Iehouæ:
- 39 Propterea inquam ecce ego obliuiscar vestri obliuiscẽdo, & euellam vos, & ciuitatem quã dedi vobis & Patribus vestris abiciendo à facie mea:
- Suprà 20. e. 11* 40 Et dabo super vos opprobrium sempiternum, & ignominias sempiternas, quod obliuioni non traderetur.

## CAPVT XXIII.

<sup>1</sup> Visio duorum calathorum ficis plenorum. <sup>4</sup> Prima visio significat partem populi à captiuitate reducendam. <sup>8</sup> Altera Sedeciã & reliquos populi perdendos.

- V**idere fecit me Iehouáh, & ecce duo canistra ficuum collocata ante templũ Iehouæ: postquam transtulerat Nebuchadræxâr Rex Babel Iechoniãh filium Iehoiacim Regem Iehudãh, & principes Iehudãh, & artifices, & inclusores de Ierusalaim, & adduxit eos in Babel.
- 2 Canistrum vnum habebat ficus bonas valde, sicut ficus præcoces: & canistrum alterum habebat ficus malas valde, quæ non poterant comedi propter malitiam.
- B** 3 Et dixit Iehouáh ad me, Quid tu vides Irmeiãhu? Et dixi, Ficus, ficus bonas valde, & malas malas valde, quæ non possunt comedi propter malitiam.
- 4 Et fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- 5 Sic dixit Iehouáh Deus Iisrahel, Sicut ficus istæ bonæ: sic agnoscam transmigrationem Iehudãh, quam emisi de loco isto in terram Chaldim in bonum:
- C** 6 Ponam enim oculum meum super eos in bonum, & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, neque destruam, plantabõque eos,

neque euellam.

- 7 Et dabo eis cor, vt sciant me quodd sum Iehouáh: eruntque mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me toto corde suo.
- 8 Et sicut ficus malæ quæ comedi non possunt propter malitiam: sic dabo & Sidciãhu Regem Iehudãh, & principes eius, & residuum Ierusalaim, qui remanserunt in terra ista, & qui habitant in terra Egypti: *Infra 29. d. 17*
- 9 Dabo inquam eos in commotionem, & malum omnibus regnis terræ: in opprobrium, & parabolam, & prouerbium, & maledictionem in omnibus locis ad quæ eiecerõ eos.
- 10 Et mittam in eos gladium, famem, & pestẽ, donec consumantur ipsi è terra quam dedi eis & patribus eorum.

## CAPVT XXV.

<sup>1</sup> Captiuitatẽ LXX annorũ prædicit Ieremias ob verbi Dei cõtẽptũ. <sup>12</sup> Ostendit post LXX annos Babylonios destrũdos. <sup>14</sup> Omnium gentium destrũctio prædicitur. <sup>34</sup> Inuitat pastores Gentium ad planctum.

- V**erbum quod fuit ad Irmeiãhu de vniuerso populo Iehudãh, anno quarto Iehoiacim filij Ixowsiãhu Regis Iehudãh (ipse est annus primus Nebuchadræxâr Regis Babel.)
- 2 Quod inquam loquutus est Irmeiãhu propheta ad omnem populum Iehudãh, & ad vniuersos habitatores Ierusalaim, dicendo:
- 3 A tercio decimo anno Ixowsiãhu filij Amõ Regis Iehudãh vsq; ad diem hanc (ipse est tertius & vicefimus annus) factum est verbum Iehouæ ad me, & locutus sum ad vos manẽ surgendo & loquendo: & non audistis.
- 4 Et misit Iehouáh ad vos omnes seruos suos Prophetas manẽ surgendo & mittendo, (& non audistis, neque inclinastis aurem vestram vt audiretis)
- 5 Dicendo, Conuertimini nunc à via vestra mala, & à malitia operum vestrorum, & habitabitis super terram quã dedi Iehouáh vobis & Patribus vestris à seculo & vsque in seculũ. *4. Re. 17. b. 19*
- 6 Et ne ambuletis post deos alienos vt seruiatis eis, & incuruetis vos eis: neque irriteris me opere manuum vestrarum, & nõ malefaciam vobis. *Suprà 18. b. 11*
- 7 Et non obtemperastis mihi, dixit Iehouáh, vt ad iracundiam prouocaretis me opere manuum vestrarum, in malum vobis. *Infra 35. c. 15*
- 8 Propterea sic dixit Iehouáh exercituum, Eo quod non paruistis verbis meis: *Ionæ 3. c. 8*
- 9 Ecce mittam & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Iehouáh, & Nebuchadræxâr Regem Babel seruum meum, & adducam eos ad terram istam, & ad habitatores eius, & ad omnes nationes istas per circuitũ, & interficiam eos, ponamq; eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas.
- 10 Perdãmque ab eis vocem gaudii & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocẽ molarum, & lumen lucernæ. **C**
- 11 Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem, & in stuporem: & seruient gẽtes istæ Regi Babel septuaginta annis. *Infra 29. c. 10*
- 12 Erit autem quum impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babel & super gentẽ illam, dixit Iehouáh, iniquitatem eorũ, &

& super terram Chawfidim: ponamque illam in solitudines sempiternas.

13 Et adducam super terram illam omnia verba mea quae loquutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro hoc quod prophetauit Irmeiahū aduersum omnes gentes.

14 Nam ventur eis etiam ipsis gentes multae & Reges magni: reddamque eis secundum opus suum & iuxta opus manuum suarum.

**D** 15 Quia sic dixit Iehouah Deus Iſrahel ad me, Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propina illum omnibus gentibus ad quas ego mitto te.

16 Et bibent, & tremet, & insanient a facie gladii quem ego mitto inter eos.

17 Accepi itaque calicem de manu Iehouae, & propinaui omnibus gentibus ad quas misit me Iehouah:

18 Ierusalaim, & ciuitatibus Iehudah, & Regibus eius, & principibus eius: ut poneret eas in solitudinem, in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem secundum diem hanc:

19 Paroeh Regi Aegypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius:

20 Et omnibus populis mistis, & omnibus Regibus terrae Vys, & omnibus Regibus terrae Peliſthim, Aſcalon, & Azah, & Ecron, & residuo Aſdod,

21 Edom, & Moab, & filiis Ammon,

**E** 22 Et omnibus Regibus Sor, & vniuersis Regibus Sidon, & omnibus Regibus insularum qui sunt trans mare:

23 Et Dedan, & Themá, & Buz, & vniuersis terminis anguli mundi:

24 Et cunctis Regibus Arabiae, hoc est omnibus Regibus Arabiae qui habitant in deserto:

25 Et cunctis Regibus Zimri, & vniuersis Regibus Elam, & omnibus Regibus Madai:

26 Sed & cunctis Regibus Aquilonis propinquis, & remotis aliis ab aliis, & omnibus regnis terrae quae sunt in superficie terrae: Rex vero Sefah biber post eos.

27 Dices itaque ad eos, Sic dixit Iehouah exercituum Deus Iſrahel, Bibite, & inebriamini: & vomite, & corruite, neque surgatis a facie gladii quem ego mitto inter vos.

28 Et erit, si renuerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos, Sic dixit Iehouah exercituum, Bibendo bibetis:

**F** 29 Quoniam ecce ciuitati super quam inuocatum est nomen meum, ego incipio malefacere, & vos penitus eritis innoxij? non eritis innoxij: gladium enim aduoco super omnes habitatores terrae, dixit Iehouah exercituum.

**I**oel 3.d.16 **A**mos 1.d.2 30 Tu ergo prophetabis ad eos omnia verba haec, dicetque ad illos, Iehouah de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, rugiendo rugiet super habitaculum suum: ceuulma veluti calcetium concinetur omnibus habitatoribus terrae.

31 Peruenit sonitus usque ad extremum terrae: quia iudicium est ipsi Iehouae cum Gentibus, iudex est ipse omnis carnis, impios tradet gladio, dixit Iehouah.

32 Sic dixit Iehouah exercituum, Ecce malum egreditur a gente in gentem, & turbo magnus suscitabitur a lateribus terrae.

**G** 33 Et erunt interfecti a Iehouah in die illa ab extremo terrae usque ad extremum eius: non

plangentur, nec colligentur, neque sepelientur: veluti sterquilinum in superficie terrae erunt.

34 Vlulate pastores, & clamate, & volutate vos in puluere maiores gregis: quia completi sunt dies vestri ut iugulet alter alterum, & completae sunt dispersiones vestrae, & detisque veluti vas desiderabile.

35 Et peribit fuga a pastoribus, & euasio a maioribus gregis.

36 Vox clamoris pastorum, & vlulatus maiorum gregis: quoniam vastauit Iehouah pascua eorum.

37 Et succisa sunt pascua pacifica propter iram furoris Domini.

38 Dereliquit tanquam leunculus tabernaculum suum: quia fuit terra eorum in desolationem propter iram opprimentis & propter iram furoris eius.

CAPVT XXVI.

1 Jeremias inuitat populum ad respicientiam. 7 Comprehensus a Sacerdotibus & Prophetis, adducitur in iudicium. 12 Accusatus coram principibus, respondet se verba Dei tantum nuntiasse. 16 Principes & populus absolunt Jeremiam inuitis Sacerdotibus & Prophetis, exemplo Ezechiae qui Micham eadem praedicantem absoluerat. 20 Vrius propheta ab Ioachim occisus contra Dei voluntatem.

1 **I**n principio regni Iehoiacim filij Iſoſiahu Regis Iehudah, fuit verbum istud a Iehouah ut diceret,

2 Sic dixit Iehouah, Sta in atrio domus Iehouae, & loquere ad omnes ciuitates Iehudah qui veniunt ut adorent in domo Iehouae, vniuersa verba quae praecipi tibi ut loquaris ad eos: ne prohibeas verbum.

3 (Si forte audiant, & conuertantur quisque a via sua mala, & poeniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam operum eorum.)

4 Dices inquam ad eos, Sic dixit Iehouah, Si non parueritis mihi ut ambuletis in Lege mea quam dedi coram vobis,

5 Et ut obtemperetis verbis seruorum meorum Prophetarum quos mitto ad vos manens surgendo & mittendo: & non paruistis illis:

6 Certe dabo domum istam sicut Siloh, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terrae.

7 Audierunt autem Sacerdotes & Prophetae, atque vniuersus populus Irmeiahū loquentem verba haec in domo Iehouae.

8 Et fuit, quum finem loquendi fecisset Irmeiahū omnia quae praeeperat Iehouah ut loqueretur ad vniuersum populum, apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetae, & vniuersus populus, dicendo, Moriendo morieris:

9 Quare prophetaſti in nomine Iehouae, dicendo, Sicut Siloh erit domus ista, & vrbis ista desolabitur ita ut non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Irmeiahū in domo Iehouae.

10 Audierunt autem principes Iehudah haec, & ascenderunt de domo Regis in domum Iehouae, & sederunt in ostio portae Iehouae nouae.

11 Et dixerunt Sacerdotes & Prophetae ad principes & ad omnem populum, dicendo, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit contra ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

- D** 12. Et ait Irmeiáhu ad cunctos principes, & ad vniuersum populum, dicendo, Iehouáh misit me vt prophetarem contra domum istam, & contra ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis.
- Suprà 7. d. 5* 13. Nunc igitur bonas facite vias vestras & opera vestra, & obedite voci Iehouæ Dei vestri, & pœnitebit Iehouam mali quod loquutus est aduersum vos.
14. Ego autem ecce sum in manibus vestris, facite mihi sicut bonum & sicut rectum est in oculis vestris:
15. Veruntamen sciendo sciatis quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis super vos, & super ciuitatem istam, & super habitatores eius: in veritate enim misit me Iehouáh ad vos vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.
- E** 16. Et dixerunt principes atque cunctus populus ad Sacerdotes & Prophetas, Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Iehouæ Dei nostri loquutus est ad nos.
17. Surrexeruntq; viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi, dicendo,
18. Micháh Morastites prophetauit in diebus Hizciahu Regis Iehudáh, & ait ad vniuersum populum Iehudáh, dicendo, Sic dixit Iehouáh exercituum, & Sion ut ager arabitur, & Ierusalem ut desertum erit, & mons domus in excelsa syluæ.
- Mich. 3. d. 12* **F** 19. Nunquid ob id interficiendo interfecerunt eum Hizciahu Rex Iehudáh, & omnis Iehudáh? annon timuit Iehouam, & precatus est faciem Iehouæ, & pœnituit Iehouam mali quod locutus fuerat aduersus eos? Et nos facimus malum grande contra animas nostras.
20. Fuit præterea vir qui prophetauit in nomine Iehouæ, & Vriahu filius Semayaihu, de Ciriath-ieyarim, prophetauit inquam aduersus ciuitatem istam & aduersus terram hanc iuxta omnia verba Irmeiáhu.
- G** 21. Et audiuit Rex Iehoiacim, omnesque potentes eius, & omnes principes verba eius: quæfuit autem Rex interficere eum. quod audiens Vriahu, timuit, fugitque, & ingressus est Ægyptum.
22. Misit itaque Rex Iehoiacim viros in Ægyptum, & Elnathan filium Achôr, & viros cum eo in Ægyptum.
23. Qui eduxerunt Vriahu de Ægypto, adduxeruntque eum ad Regem Iehoiacim: & percussit eum gladio, proiecitq; cadauer eius in sepulchra filiorum populi.
24. Veruntamen manus Anhicam filij Saphan erat cū Irmeiáhu, ne traderent eum in manum populi vt interficerent eum.
- CAPVT XXVII.
- 1. Iussu Domini Ieremias Regi Iuda & vicinis Regibus mittit vincula quibus momentur subijci Nabuchodonosor. 2. Admonet populum & Reges, ne pseudopphetis credant.*
- I**N principio regni Iehoiacim filij Josiahu Regis Iehudáh fuit verbum istud ad Irmeiáh à Iehouáh, dicendo,
2. Sic dixit Iehouáh ad me, Factibi vincula & vectes, & pones ea super collum tuum:
3. Et mittes ea ad Regem Ædom, & ad Regem Moáb, & ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Sor, & ad Regem Sidon per manum nuntiorum qui veniunt in Ierusalem ad Sid-
- ciáhu Regem Iehudáh.**
4. Et præcipies eis vt dominis suis dicant, Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Israel, Sic dicetis dominis vestris,
5. Ego feci terram, hominem, & animalia quæ sunt in superficie terræ potentia mea magna & brachio meo extento, & dedi eam cui rectum fuit in oculis meis.
6. Nunc ergo dedi omnes terras has in manu Nebuchadnezar Regis Babel serui mei: & etiam bestias agri dedi ei vt seruiant ei.
- B** 7. Et seruiet ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec venerit tempus terræ eius etiam ipsius, & in seruitutem redigent eam gentes multæ & Reges magni.
8. Et erit, gens & regnum quæ non seruiert illi, nempe Nebuchadnezar Regi Babel, & qui non posuerit collum suum sub iugo Regis Babel, gladio, & fame, & peste visitabo gentem illam, ait Iehouáh: donec compleuerim tradere eos in manum eius.
9. Vos itaque ne audiatis prophetas vestros, & diuinos vestros, & somnia vestra, & augures vestros, & maleficos vestros, qui dicunt vobis, dicendo, Non seruietis Regi Babel:
10. Quia mendacium ipsi vaticinantur vobis, vt elonget vos à terra vestra, & vt eiiciam vos, & pereatis.
11. Gens autem quæ introduxerit collum suum in iugum Regis Babel, & seruerit ei, dimittam faciam illam in terra sua, dixit Iehouáh: & collet eam, habitabitque in ea.
12. Quin & ad Sidciahu Regem Iehudáh loquutus sum iuxta omnia verba hæc, dicendo, Introducite colla vestra in iugum Regis Babel, & seruite ei, atque populo eius, & viuite:
- C** 13. Vt quid moriemini tu & populus tuus gladio, fame, & peste quemadmodum loquutus est Iehouáh ad gentem quæ non seruerit Regi Babel?
14. Ne inquam audiatis verba prophetarum dicentium vobis, dicendo, Non seruietis Regi Babel: quia mendacium prophetant vobis.
15. Siquidem non misit eos, ait Iehouáh: & tamen ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eiiciam vos, & pereatis vos, & prophete qui vaticinantur vobis.
16. Ad Sacerdotes quoque & ad vniuersum populum istum loquutus sum, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Ne audiatis verba prophetarum vestrorum qui prophetant vobis, dicendo, Ecce vasa domus Iehouæ reuertentur de Babel nunc citò: quia mendacium prophetant vobis.
17. Ne ergo audiatis eos, seruite Regi Babel, & viuite: vt quid erit ciuitas hæc solitudo?
- D** 18. Quod si prophete sunt, & est verbum Iehouæ cum eis, orent nunc Iehouam exercituum, ne vasa quæ residua sunt in domo Iehouæ, & in domo Regis Iehudáh, & in Ierusalem, veniant in Babel.
19. Quoniam sic dixit Iehouáh exercituum de columnis illis, & de mari, atque de basibus, ac de residuis vasorum quæ remanent in vrbe hac,
20. Quæ non abstulit Nebuchadnezar Rex Babel, quum transferret Iechoniah filium Iehoiacim Regem Iehudáh de Ierusalem in Babel, & omnes optimates Iehudáh & Ierusalem.
4. Rc. 25. 6. 13
- 21 Sic

- 21 Sic enim inquam dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél de vasis quæ relicta sunt in domo Iehouæ, & in domo Regis Iehudáh & Ieruſaláim:
- 22 In Babél adducentur, & illic erunt vsque in illú diem quo visitabo ea, dixit Iehouáh: postea & ascendere faciam ea, reducámque ea in locum istum.

CAPVT XXVIII.

*1 Hananie prophete falsa prophetia. 7 Ostendit Ieremias falsam Hananie prophetiam exemplo aliorum prophetarum. 12 Inspiratus à Domino Ieremias increpat Hananiam, mortem ei prænuntians.*

- 1 **F**uit autem in anno ipso, in principio regni rSiddiáhu Regis Iehudáh, anno quarto, mense quinto, dixit ad me nHananiáh (filius yAzur propheta qui erat de Gibyón) in domo Iehouæ, in oculis Sacerdotum, & totius populi, dicendo:
  - 2 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iſrahél, dicendo, Confregi iugum Regis Babél.
  - 3 Quum adhuc duo fuerint anni dierum, reducám ad locum hunc omnia vasa domus Iehouæ, quæ tulit Nebuchadnæxár Rex Babél de loco isto, & intulit ea in Babél.
  - 4 Et Iehoniáh filium Iehoiacím Regem Iehudáh, & omnem transmigratióem Iehudáh qui ingressi sunt in Babél, ego reducám ad locum istum, ait Iehouáh: conteram enim iugum Regis Babél.
- B 5 Et dixit Irmeiáh Propheta ad nHananiáh prophetam, in oculis Sacerdotum & in oculis totius populi qui stabant in domo Iehouæ,
- 6 Ait inquam Irmeiáh propheta, Amen, sic faciat Iehouáh, suscitet Iehouáh verba tua quib⁹ prophetaſti quòd reducerétur vasa domus Iehouæ, & vniuersa transmigratió de Babél ad locum istum.
- 7 Veruntamen audi nunc verbum istud quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi.
- 8 Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te à seculo, prophetauerunt super terras multas, & regna magna de bello, & afflictione, & peste:
- 9 Propheta qui vaticinatus est de pace, quum euenerit verbum Prophetæ cognosceretur Propheta quod miserit eum Iehouáh in veritate.
- C 10 Et tulit nHananiáh propheta vestem de collo Irmeiáhu prophetæ, & confregit eum.
- 11 Et ait nHananiáh in oculis totius populi, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Sic confringam iugum Nebuchadnæxár Regis Babél post duos annos dierum, de collo omnium gentium. Et abiit Irmeiáh propheta in viam suam.
- 12 Et fuit verbu Iehouæ ad Irmeiáh (postquam confregit nHananiáh propheta vestem de collo Irmeiáh prophetæ) dicendo,
- 13 Vade, & dic ad Hananiáh, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Vestes ligneos confregisti: & facies pro eis vestes ferreos.
- D 14 Quoniam sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél, Iugum ferreum posui super collum cunstarum gerium istarum, vt seruiant Nebuchadnæxár Regi Babél, & quidem seruient ei: insuper & bestias agri dedi ei.
- 15 Tunc dixit Irmeiáh propheta ad nHananiáh prophetam, Audi nunc nHananiáh, Non misit

- te Iehouáh, tu tamen fidere fecisti populum istum mendacio.
- 16 Idcirco sic dixit Iehouáh, Ecce emittam te de superficie terræ: hoc anno morieris, quia uerbum declinans loquutus es còtra Iehouam.
- 17 Mortuus est itaq; nHananiáh propheta anno ipso, mense septimo.

CAPVT XXIX.

*1 Epistola Ieremie missa ad captiuos in Babylonem. 10 Prophecat reductionem à captiuitate post LXX. annos. 16 Prædicat Regis & populi qui remanserat in Ierusalem, exitium. 21 Minatur duobus pseudopropheta seducensibus populum. 25 Semeia Nebelamitæ mors prædicatur.*

- 1 **H**æc autem sunt verba epistolæ quam misit Irmeiáh propheta de Ieruſaláim ad residuum seniorum transmigratióis, & ad Sacerdotes, & ad Prophetas, & ad vniuersum populum quem captiuum abduxerat Nebuchadnæxár de Ieruſaláim in Babél:
  - 2 Posteaquam egressus est Iehoniáh Rex, & regina, & eunuchi, & principes Iehudáh, & Ieruſaláim, & artifices, & inclusores de Ieruſaláim.
  - 3 Per manum nElyafáh filij ySaphán, & Gemariáh filij nHilciáh, quos misit rSiddiáh Rex Iehudáh ad Nebuchadnæxár Regem Babél in Babél, dicendo,
  - 4 Sic dicit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél, omni transmigratióem quam transmigrare feci de Ieruſaláim in Babél:
    - 5 Ædificate domos, & inhabitate, plantate præterea hortos, & comedite fructum eorum.
    - 6 Accipite vxores, & generate filios & filias: accipite quoque filiis vestris vxores, & filias vestras date viris, vt pariant filios & filias: & multiplicare vos illic, neque imminuamini.
    - 7 Et quærite pacem ciuitatis ad quam demigrare feci vos, & orate pro ea ad Iehouá: quoniam in pace illius erit vobis pax.
    - 8 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, Deus Iſrahél, Ne seducant vos propheta vestri qui sunt in medio vestri, & diuini vestri, neque attendatis ad somnia vestra quæ somniare facitis:
      - 9 Quia falsò ipsi prophetaut vobis in nomine meo: non enim misi eos, dixit Iehouáh.
      - 10 Sic enim dixit Iehouáh, Vt impleti fuerint in Babél septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducám vos ad locum istum.
      - 11 Ego enim noui cogitationes quas cogito super vos, dixit Iehouáh: cogitationes pacis, & non mali, vt dem vobis finem & expectatióem.
      - 12 Tunc inuocabitis me, & incederis: orabitisque me, & exaudiam vos.
      - 13 Et quæretis me, & inuenietis, quum quæsieritis me toto corde vestro.
      - 14 Inueniar inquã à vobis, dixit Iehouáh, & reducám captiuitatem vestram, congregabóque vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dixit Iehouáh: reuertique faciam vos ad locum vnde transmigrare feci vos.
      - 15 Quoniam dixistis, Suscitauit nobis Iehouáh prophetas in Babél.
      - 16 Quia sic dixit Iehouáh de Rege qui sedet super solium Dauid, & de omni populo qui

B

Supr. 14. c. 13.  
23. d. 21

Supr. 25. c. 10  
2. Pa. 36. d. 22  
1. Esdr. 1. a. 1  
Dan. 9. d. 2

C

D

habitat in vrbe ista, de fratribus scilicet vestris qui non sunt egressi vobiscum in transmigracionem:

- Supr. 24. c. 8 17 Sic inquam dixit Iehouáh exercituum, Ecce mitto in eos gladium, famem, & pestem: dabó que eos veluti ficus turpes quæ non possunt comedi præ malitia:
- 18 Et persequar eos gladio, & fame, & peste, dabó que eos in commotionem vniuersis regnis terræ, in maledictionem, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus ad quas eieci eos:
- 19 Eo quòd non audierunt verba mea, dixit Iehouáh, quæ misi ad eos per seruos meos Prophetas manè surgendo & mittendo: & non audistis, dixit Iehouáh.
- E 20 Vos itaque audite verbum Iehouæ, omnis transmigratio quam emisi de Ierusalaim in Babel.
- 21 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iŷraél de Anháb filio Colaiáh, & de Sidciahú filio Mayawseiáh, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, Ecce ego trado eos in manu Nebuchadnæx sar Regis Babel, & percutiet eos in oculis vestris.
- 22 Et assumeretur ab eis maledictio ab omni transmigracione Iehudáh quæ est in Babel, dicédo, Ponat te Iehouáh sicut Sidciahú, & sicut Anháb quos combussit Rex Babel igni:
- F 23 Eo quòd fecerunt nefas in Iŷraél, & adulterium commiserunt cum vxoribus proximorum suorum, & loquuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non præcepi eis: ego autem sum is qui noui illud, testisque sum, dixit Iehouáh.
- 24 Et ad Semayaiáhu Nenehelamiten dices his verbis,
- 25 Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iŷraél, dicens, Eo quòd misisti nomine tuo literas ad vniuersum populum qui est in Ierusalaim, & ad Saphaniáh filium Mayawseiáh sacerdotem, & ad vniuersos Sacerdotes, dicédo,
- 26 Iehouáh dedit te sacerdotem pro Iehoiadáy sacerdote, vt sis præferti in domo Iehouæ super omnem virum furiosum, & prophetantem: vt ponas eum in carcerem & in neruum.
- 27 Et nunc vt quid non increpasti Irmeiáhu Anathothiten prophetantem vobis?
- G 28 Quia idcirco misit ad nos in Babel, dicédo, Longum est, ædificate domos, & habitate: plantate item hortos, & comedite fructum eorum.
- 29 Et legit Saphaniáh sacerdos epistolá hanc in auribus Irmeiáhu prophætæ.
- 30 Fuitque verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicédo,
- 31 Mitte ad vniuersam transmigracionem, dicédo, Sic dixit Iehouáh de Semayaiáh Nenehelamite, Eo quòd prophetauit vobis Semayaiáh, & ego non misi eum, & confidere fecit vos mendacio:
- 32 Idcirco sic dixit Iehouáh, Ecce ego visito super Semayaiáh Nenehelamiten, & super semen eius, Non erit ei vir habitans in medio populi huius, neque videbit bonum illud quod facio populo meo, dixit Iehouáh, quia uerbum declinans loquutus est aduersus Iehouáh.

1 De regno Christi, cuius figura erat liberatio à captiuitate Babylo-nica. 13 Castigatione sua ostendit Deus populum peccatorem. 16 Destructio inimicorum Iŷraélis. 17 Reducendum Iŷraëlem à captiuitate prædicit. 23 Dies iudicij terribilis improbis.

- 1 Verbum quod fuit ad Irmeiáhu à Domino, dicédo:
- 2 Sic dixit Iehouáh Deus Iŷraél, dicédo, Scribe tibi omnia verba quæ loquutus sum ad te, in libro quodam.
- 3 Ecce enim dies veniūt, dixit Iehouáh, & reducam captiuitatem populi mei Iŷraél & Iehudáh, dixit Iehouáh, & redire faciam eos ad terram quam dedi Patribus eorum, & possidebunt eam.
- 4 Hæc sunt autem verba quæ loquutus est Dominus de Iŷraél & Iehudáh,
- 5 Quoniam sic dixit Iehouáh, Vocem terroris audiimus, formidinis, nec est pax.
- 6 Interrogate nunc, & videte an pariat masculus: quare ergo vidi omnem virum habentem manus super lumbos suos tanquá parturiens: & versæ sunt omnes facies in pallorem?
- 7 Væ, quia magna est dies illa, ita vt non sit similis illi: tempusque afflictionis est ipsi Iayacób, & ex ipsa seruabitur. Ioel. 2. c. 11  
Amos 5. c. 10  
Soph. 1. d. 15  
B
- 8 Et erit in die illa, dixit Iehouáh exercituum, conteram iugum eius de collo tuo, & vincula tua dirumpam, & non redigent illum vltra in seruitutem alieni:
- 9 Sed seruient Iehouæ Deo suo, & Dauid Regi suo quem suscitabo eis.
- 10 Tu ergo ne timeas serue mi Iayacób, dixit Iehouáh, neque paueas Iŷraél: quia ecce ego saluans te à loco longinquo, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: reuerteturque Iayacób & requiescet, & pacatus erit, nec erit qui extereat:
- 11 Quoniam tecum ego sum, ait Iehouáh, vt saluum faciam te. faciam autem consummationem in cunctis gētibus in quas dispersi te: veruntamen ex te non faciam consummationem, sed castigabo te in iudicio, nec succidendo succidam te.
- 12 Sic enim dixit Iehouáh, Desperata fractura tua, difficilis plaga tua.
- 13 Non est qui iudicet iudicium tuum ad sanitatem, medicinæ & curatio non sunt tibi.
- 14 Omnes amatores tui obliti sunt tui, te non quærent: plaga enim inimici percussi te, castigatione crudelis propter multitudinem iniquitatis tuæ, & quod multiplicata sunt peccata tua. C  
Supr. 23. d.
- 15 Quid clamas super contritione tua? desperatus dolor tuus: nam propter multitudinem iniquitatis tuæ, & quia multiplicata sunt peccata tua, feci hæc tibi. Sup. 15. d. 18
- 16 Propterea omnes deuorantes te deuorabuntur, & vniuersi hostes tui, vniuersi inquam in captiuitatem ibunt: eruntque diripientes te in direptionem, & cunctos prædantes te dabo in prædam.
- 17 Adducam enim sanitatem tibi, & à plagis tuis sanabo te, dixit Iehouáh: quia eiectam vocauerunt te, & Sion ipsa est, non est requirens ipsam.
- 18 Sic dixit Iehouáh, Ecce reduco captiuitatem D  
tabernaculorum Iayacób, & tabernaculorum eius miserebor: ædificabiturque ciuitas super cumulum

cumulum suum, & palatium secundum consuetudinem suam manebit.

- 19 Et egredietur ab eis gratiarum actio & vox gaudentium: multiplicabóq; eos, & non imminuentur: multiplicabo inquam eos, nec minuentur.
- 20 Et erunt filij eius sicut prius, & cætus eius coram me firmabitur: & visitabo omnes qui oppresserunt illum.
- 21 Et erit fortis eius ex eo, & dominator eius de medio eius egredietur: & appropinquare faciam eum, & accedet ad me: quis enim est iste qui illexit cor suum ut appropinquet mihi, dixit Iehouáh?
- 22 Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.
- 23 Ecce turbo Iehouæ cum furore egressus est, & turbo imminens super caput impiorum manebit.
- 24 Non reuertetur ira furoris Iehouæ, donec fecerit, & donec statuerit cogitationes cordis sui: in nouissimo dierum intelligeris istud.

C A P V T XXXI.

*1 De Iaduentu Christi, per quem ostendit Deus se esse Deum, Israëlis saluatorem & protectorem. 10 Vocatio Gentium, incolarum, continentis, & insularum. 19 Conuerti à peccatis, est Dei donum. 22 Natiuitas Christi predicatur. 30 Omnes in peccato suo morientur. 32 Testamentum nouum. 34 Docti à Deo Christiani. Remissio peccatorum. 37 Promittit Deus se non omnino abieclurum populum suum Iudaicum. 38 De reedificatione Ierusalem.*

- I**n tempore illo, dixit Iehouáh, ero in Deum in uersis cognationibus Iŵsraél, & ipsi erunt mihi in populum.
- 2 Sic dixit Iehouáh, Inuenit gratiam in deserto populus euafores gladij: ambulauit Deus ante eum ut requiescere faceret eum, nempe Iŵsraelem.
- 3 A longinquo tempore, inquit populus, Iehouáh apparuit mihi. Et Iehouah ait, Charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi te misericordia.
- 4 Adhuc ædificabo te, & ædificaberis virgo Iŵsraél: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris cum choro ludentium:
- 5 Adhuc plantabis vineas in motibus ŵSomron: plantabunt plantantes, & profanabunt.
- 6 Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Æphraim, Surgite & ascendamus in Sion ad Iehouam Deum nostrum.
- 7 Sic enim dixit Iehouáh, Exultate in Iayacób cum lætitia, & exultate in capite Gentium: auditum facite, laudate, & dicite, Saluum fac Iehouáh populum tuum residuum Iŵsraél.
- B** 8 Ecce reducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos de lateribus terræ: inter eos erit cæcus & claudus, & pregnas & pariens simul: cætus magnus reuertentur huc.
- 9 Cum fletu venient, & cum misericordiis reducam eos: ambulare faciam eos ad torrent aquarum per viam rectam, non impingent in ea: quia ero Iŵsraeli in patrem, & Æphraim primogenitus meus est.
- 19 Audite verbum Iehouæ Gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Iŵsraél, congregabit eum, & custodiet eum, sicut pastor gregem suum.
- 11 Redemit enim Iehouáh Iayacób, redemit inquam eum de manu fortioris eo.
- 12 Et venient, & laudabunt in excelso ipsius Sion, & confluent ad bonitatem Iehouæ ad frumentum, & ad vinum, & ad oleum, & ad fi-

lios pecorum, & boum: eritque anima eorum quali hortus irriguus, nec addent ut doleant ultra.

- 13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: conuertamq; luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, lætificabóque eos à dolore suo.
- 14 Et inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonitate meâ saturabitur, dixit Iehouáh.
- 15 Sic dixit Iehouáh, Vox in excelso colle audita est, ploratus, & fletus amaritudinum: Ranshel plorans super filiis suis, reuicit consolari super filiis suis, quia non sunt.
- 16 Sic dixit Iehouáh, Prohibe vocem tuam à fletu, & oculos tuos à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Iehouáh, reuertenturq; de terra inimici.
- 17 Est quoque spes nouissimo tuo, ait Iehouáh, & reuertentur filij tui ad terminum suum.
- 18 Audiendo audiui Æphraim plangentem, Castigasti me, & castigatus sum ut vitulus non asfuerus ferre tugum: fac me conuerti, & conuertar: quia tu es Iehouáh Deus meus.
- 19 Posteaquam enim conuersus sum, pœnituit me, & posteaquam ostesum est mihi, percussi femur: confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.
- 20 Nunquid filius pretiosus est mihi Æphraim? nunquid puer delectabilis? tamen ex quo loquutus sum de eo, recordando recordabor eius adhuc: idcirco sonuerunt viscera mea super eum, miserando miserabor eius, ait Iehouáh.
- 21 Statue tibi signa, pone tibi cumulos altos, pone cor tuum ad semitam, viam per quam ambulasti: reuere virgo Iŵsraél, reuere ad ciuitates tuas istas.
- 22 Usquequo vertes te huc illuc ô filia rebellis? Quia creabit Iehouáh nouum in terra: femina circundabit virum.
- 23 Sic dixit Iehouáh exercituû Deus Iŵsraél, Adhuc dicet verbum istud in terra Iehudáh & in vrbibus eius: quum conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Iehouáh ô habitaculum iustitiæ, mons sancte.
- 24 Et habitabunt in ea Iehudáh, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ item, & proficiscentur cum grege suo.
- 25 Quia inebriavi animam lassam, & omnem animam tristem impleui.
- 26 Propter hoc expergefactus sum & vidi, & somnus meus dulcis fuit mihi.
- 27 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & seminabo domum Iŵsraél & domum Iehudáh. semine hominis & semine animalis.
- 28 Et erit quemadmodum sollicitus fui super eos ad euellendum, & diruedum, & destruendum, & perdendum, & affligendum: sic sollicitus ero super eos ad ædificandum & plantandum, dixit Iehouáh.
- 29 In diebus illis non dicent ultra, Patres comederunt vnam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: *Exec. 18. 2.3*
- 30 Sed vnusquisque propter iniquitatem suam morietur: omnis hominis qui comederit vnam acerbam obstupescant dentes.
- 31 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & feriam cum domo Iŵsraél & cum domo Iehudáh *Hebr. 8. 6.8* **F** *sedus nouum:*

- 32 Non secundum fœdus quod pepigi cum Patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem eos è terra Ægypti : quia ipsi irritum fecerunt pactum meum, & ego dominarus sum eis dixit Iehouáh.
- Supr. 24. c. 7*  
*Luce 1. g. 37*  
*Hebr. 8. c. 10* 33 Sed istud est fœdus quod feriam cum domo Iŵsraél post dies ipsos, dixit Iehouáh : Dabo Legem meam in medio eorum, & in corde eorum describam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.
- Esaie 54. f. 13*  
*Amos 6. c.*  
*45. & 14*  
*Act. 10. g. 43* 34 Nec docebunt vltra vnusquisq; proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dicendo, Cognoscite Iehouá: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum eorum, dixit Iehouáh : quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non recordabor amplius.
- 35 Sic dixit Iehouáh, qui dedit solem in lucem diei, & statuta lunæ & stellarum in lucem noctis : qui rupit mare, & sonuerunt fluctus eius, Iehouáh exercituum nomen eius.
- G** 36 Si amoueri possunt statuta ista à facie mea, dixit Iehouáh, etiam semen Iŵsraél amoueri poterit, vt non sit gens corâ me cunctis diebus.
- 37 Sic dixit Iehouáh, Si mensurari possint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum, etiam ego abiiciam vniuersum semen Iŵsraél propter omnia quæ fecerunt, dixit Iehouáh.
- 38 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & ædificabitur ciuitas ipsi Iehouæ à turre nHanamexél vsque ad portam anguli.
- 39 Et exibit vltra filum mensuræ coram eo super collem Garéb, & circuibit Goyáth,
- 40 Et totam vallem cadauerum, & cineris locum, & vniuersas regiones vsque ad torrentem Cidrón, & vsque ad angulum portæ equorum ad Orientem, sanctitas ipsi Iehouæ erunt : non euellatur neque destruetur vltra in seculum.
- CAPVT XXXII.
- 1* Coniicitur Ieremias in carcerem, quod ciuitatem capiendam à Rege Babylonis prophetasset. *7* Per agrum emptum à Ieremia iussu Domini, significatur populum reuerturum in possessionem terræ suæ. *38* Populus Dei. *40* Dei donum, timor sui, vt fugentur peccata.
- V**erbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh anno decimo xSidciáhu Regis Iehudáh : ipse est annus decimo octauus Nebuchadnæxérár.
- 2 Tunc autem exercitus Regis Babél obsidebat Ierusaláim, & Irmeiáhu propheta erat inclusus in atrio custodiæ, quæ erat in domo Regis Iehudáh:
- 3 Incluserat enim eum xSidciáhu Rex Iehudáh, dicendo, Quare tu vaticinaris, dicendo, Sic dixit Iehouáh, Ecce ego trado ciuitatem istam in manum Regis Babél, & capiet eam.
- 4 Et, xSidciáhu Rex Iehudáh non euadet de manu Chawsdím : sed tradendo tradetur in manum Regis Babél, loqueturque os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.
- 5 Et in Babél ire faciet xSidciáhu, ibique erit donec visitauero eum, dixit Iehouáh. si dimicaueritis cum Chawsdím, non prosperè vobis ceder.
- 6 Et dixit Irmeiáhu, Fuit verbum Iehouæ ad me, dicendo,
- 7 Ecce nHanamexél filius wSallúm patru tui venit ad te, dicendo, Eme tibi agrum meum,
- qui est in vAnathóth : quia tuum est iure redemptionis, vt emas.
- B** 8 Venit ergo ad me nHanamexél filius patru mei iuxta verbum Iehouæ ad atrium custodiæ, & ait ad me, Eme quæso agrum meum qui est in vAnathóth, qui est in terra Biniámin : quia tuus est iure hereditario, & tua est redemptio, eme tibi. tunc cognoui quod verbum Iehouæ esset.
- 9 Emi itaque agrum ab nHanamexél filio patru mei qui erat in vAnathóth, & appendi ei argentum septem wsecalim, & decem argenteos :
- 10 Et scripsi in libro, & signaui, testificariq; feci testes, & appendi argentum in statera:
- 11 Accepi posthæc librum emptionis illius signatum secundum præceptum & consuetudines Legis, & librum apertum.
- 12 Et dedi librum emptionis Barúch filio Nerriáh filio Manhoseiáh in oculis nHanamexél patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis inquam omnium Iehudæorum qui manebant in atrio custodiæ.
- 13 Et præcepi Barúch in oculis eorum, dicendo,
- 14 Sic dixit Iehouáh exercituum, Deus Iŵsraél, Tolle libros istos, librum emptionis hunc, & signatum, & librum apertum hunc : & pone eos in vase fictili, vt stent diebus multis.
- C** 15 Sic enim dixit Iehouáh exercituum, Deus Iŵsraél, Adhuc possidebuntur domus, & agri, atque vineæ in terra ista.
- 16 Et orauit Iehouam, postquam dedi librum emptionis Barúch filio Nerriáh, dicendo,
- 17 Aháh Domine Iehouáh, ecce tu fecisti cælum & terram potentia tua magna, & brachio tuo extento : nec est absconditum à te quicquam.
- 18 Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos, tu es Deus magnus, potens, Iehouáh exercituum nomen eius.
- 19 Magnus cõsilio, & multus opere : quia oculi tui aperti sunt super omnes vias filiorum hominum, vt des vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum operum suorum.
- 20 Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Iŵsraél, & in homine, & fecisti tibi nomen secundum diem hæc.
- 21 Et eduxisti populum tuum Iŵsraél è terra Ægypti signis, & portentis, & manu robusta, & brachio extento, & terrore magno.
- D** 22 Et dedisti eis terram hanc super quam iurasti Patribus eorum quod dares eis, terram fluentem lacte & melle.
- 23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: & tamen non obedierunt voci tuæ, nec in Lege tua ambulauerunt : cuncta quæ præcepisti eis, vt facerent, non fecerunt : propterea euenire fecisti eis vniuersum malum hoc.
- 24 Ecce arietibus ingressi sunt ciuitatem ad capiendum eam, & vrbs data est in manu Chawsdím pugnantium aduersus eam : propter gladium & famem & pestilentiam : & quod loquutus es, fuit, & ecce tu cernis.
- 25 Tu autem dixisti mihi Domine Iehouáh, Eme tibi agrum argento, & testificari fac testes : & tamen vrbs tradita est in manum Chawsdím.
- 26 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicendo,
- 27 Ecce

Exo. 34. d. 7  
Deut. 5. d. 9

- 27 Ecce sum Iehouáh Deus vniuersæ carnis: nunquid à me celabitur quicquam?
- E 28 Propterea sic dixit Iehouáh, Ecce trado ciuitatem istam in manum Chawfdím, atq; in manum Nebuchadræxésár Regis Babel, & capiet eam:
- 29 Et venient Chawfdím qui præliatur aduersum urbem hanc, & succendét ciuitatem istam igni, & comburent eam: & domos super quarum tecta adoleuerunt ipsi Báyal, & libauerút libamina diis alienis vt ad iracundiam prouocarent me:
- 30 Quia fecerunt filij Iwfraxél, & filij Iehudáh profectò malú in oculis meis ab adolescentia sua: quia *inquam* filij Iwfraxél profectò ad iracundiam prouocauerunt me opere manuum suarum, dixit Iehouáh.
- 31 Quia in furore meo & in ira mea fuit mihi ciuitas hæc à die qua ædificauerunt eam, vsq; ad diem hanc vt auferre faciam eam à facie mea:
- 32 Propter omnem malitiam filiorú Iwfraxél, & filiorum Iehudáh quam fecerunt vt irritarent me, ipsi, Reges eorum, principes eorum, Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, & viri Iehudáh, & habitatores Ierusaláim:
- F 33 Et verterunt mihi ceruicem, & non faciem: & quum docerem eos manè surgendo, & docendo, non audiebant vt reciperent disciplinam,
4. Reg. 21. 4. 4 34 Sed posuerunt abominationes suas in domo super quam inuocatum est nomé meum, vt polluerent eam.
- 35 Et ædificauerunt excelsa Báyal, quæ sunt in valle filij Hinnóm, vt transire facerent filios suos & filias suas ipsi Mólech: quod non præcepi eis, nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, vt peccare facerent Iehudáh.
- 36 Nunc autem propterea sic dixit Iehouáh Deus Iwfraxél ad ciuitatem hanc de qua vos dicitis, Tradetur in manum Regis Babel gladio, & fame, & peste:
- 37 Ecce ego cõgrego eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: rediréque faciam eos ad locum istum, & habitare faciam eos confidenter.
- Ezcc. 11. c. 19 38 Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.
- 39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me cunctis diebus: vt bene sit eis & filiis eorum post eos.
- G 40 Feriam quoque cum eis pactum sempiternum, quòd non reuertar à tergo eorum vt benefaciam eis: & timorem meum dabo in corde eorum vt non recedant à me.
- 41 Et lætabor super eos benefaciendo eis, plātabóque eos in terra hac in veritate, toto corde meo, & tota anima mea.
- 42 Quoniam sic dixit Iehouáh, Sicut induxi super populum istum omne malum grande hoc: sic inducam super eos omne bonú quod loquor super eos.
- 43 Et possidebitur ager in terra ista, de qua vos dicitis, Deserta est absque homine & iumétò, tradita est in manum Chawfdím:
- 44 Agros argento ement, & scribét in libro, & signabunt, & restificari facient testes in terra

Beniamín, & in circuitu Ierusaláim, & in ciuitatibus Iehudáh, & in ciuitatibus mótanis, & in ciuitatib<sup>9</sup> campestribus, & in ciuitatibus quæ sunt ad Austrum: quia redire faciam captiuitatem eorum, dixit Iehouáh.

CAPVT XXXIII.

1 Monetur Propheta orare pro populi liberatione quam promittit Dominus. 8 Remittit Deus peccata, & benefacit populo, ad gloriam suam. 14 De Christo nascituro. 16 De regno Christi in Ecclesia nunquam finituro.

- 1 **E**T fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu secúddò, (ipse autem adhuc erat clausus in atrio custodiæ) dicendo,
- 2 Sic dixit Iehouáh qui facit eam, Iehouáh qui format eam vt stabiliat illam, Iehouáh nomen eius.
- 3 Clama ad me, & respondebo tibi, & annuntiabo tibi grandia & fortia quæ non nosti:
- 4 Sic enim dixit Iehouáh Deus Iwfraxél ad domos urbis huius, & ad domos Regú Iehudáh, quæ destructæ sunt arietibus & securibus.
- 5 Eo quod *habitatores earum* venerunt vt dimicaret cum Chawfdím ad implendum eas domos cadaueribus hominum quos percutere feci in furore meo & ira mea: & quia abscondi faciem meam à ciuitate hac, propter omnem malitiam eorum.
- 6 Ecce ego curo ipsi Ierusaláim sanitatē, & medicinam, & curabo eos: & reuelabo eis multitudinem pacis & veritatis.
- 7 Et redire faciam captiuitatem Iehudáh, & captiuitatem Iwfraxél, & ædificabo eos sicut in principio.
- 8 Et emundabo illos ab omni iniquitate sua qua peccauerunt contra me: & parcam omnibus iniquitatibus eorum quibus peccauerút contra me, & quibus præuaricati sunt in me.
- 9 Et erit mihi in nomen, gaudium, laudem & B gloriam apud omnes gentes terræ, quæ audierint omne bonum quod ego faciam eis: & puebunt, & contremiscét super omni bono, & super omni pace quam ego faciam ei.
- 10 Sic dixit Iehouáh, Adhuc exaudietur in loco hoc (de quo dicitis quòd desertus est absq; homine, & absque animali) in ciuitatibus Iehudáh, & in plateis Ierusaláim, quæ desolatæ sunt, absque homine & absque habitatore, & absque animali,
- 11 Vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium, Confitemini Iehouæ exercituum, quoniam bonus Iehouáh, quoniam in seculú misericordia eius: offerentium confessionem in domum Iehouæ: quia reducam captiuitatem terræ sicut in principio, dixit Iehouáh,
- 12 Sic dixit Iehouáh exercituum, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine vsque ad animal, & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum pastorum accubare facientium gregem suum.
- 13 In ciuitatibus quoque mótanis, in ciuitatibus C campestribus, & in ciuitatibus quæ sunt ad Austrum, & in terra Beniamín, & in circuitu Ierusaláim, atque in ciuitatibus Iehudáh adhuc transibunt pecora ad manus numerantis, dixit Iehouáh.
- 14 Ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & confirmabo verbum bonum quod loquutus sum ad

Supr. 23. 4. 5

- domum Iſrahél, & ad domum Iehudáh.
- 15 In diebus illis & in tempore illo germinare faciam ipſi Dauid germen iuſtitiae: & faciet iudicium atque iuſtitiam in terra.
- Deut. 33. d. 28 16 In diebus illis ſeruabitur Iehudáh, & Ieruſaláim habitabit confidenter: & iſte qui vocauit eam, eſt Iehouáh iuſtus noſter.
- 17 Quia ſic dixit Iehouáh, Non excidetur ipſi Dauid vir qui ſedeat ſuper ſolum domus Iſrahél.
- 18 Et Sacerdotibus Leuitis, Non excidetur vir à facie mea qui offerat holocauſtum, & incendat oblationem, & faciens ſacrificium omnibus diebus.
- 19 Et fuit verbũ Iehouæ ad Irmeiáhu, dicẽdo,
- 20 Sic dixit Iehouáh, Si irritum facere poteſtis pactum meum cum die, & pactũ meum cum nocte, ita vt non ſit dies & nox tempore ſuo:
- D 21 Etiam pactum meum irritum fiet cum Dauid ſeruo meo vt non ſit ei filius regnãs ſuper thronũ eius, & cum Leuitis ſacerdotibus, miniſtris meis.
- 22 Quemadmodum nõ poteſt numerari exercitus cæli, nec meſurari poteſt urena maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtrantes mihi.
- 23 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicẽdo,
- 24 Nõne vidifti quid populus iſte loquutus ſit, dicẽdo, Duas familias quas elegerat Iehouáh abiicit, & populum meum deſpexerunt: vt non ſit vltra gens coram eis?
- 25 Sic dixit Iehouáh, Si non erit pactum meum cum die & nocte, & ſi ſtatuta cæli & terræ non poſui:
- 26 Etiam ſemen Iayacób, & Dauid ſerui mei abiiciam, vt non aſſumam de ſemine eius qui dominẽtur ſemini Abraham, Iſrahác, & Iayacób: reducam enim captiuitatem eorũ, & miſerebor eorum.

## CAPVT XXXIIII.

<sup>1</sup> Minatur ciuitatem tradendam in manus Regis Babylonis. <sup>3</sup> Sedecias tradendus Regi Babel. <sup>5</sup> Cremabantur corpora. <sup>8</sup> Increpat eos qui fratres libertate donatos retraherant in ſeruitutem.

- 1 **V**erbũ quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh (quum Nebuchadnecſar Rex Babel, & omnis exercitus eius, vniuerſaque regna terræ poteſtatis manus eius, & omnes populi pugnarent contra Ieruſaláim, & contra omnes vrbes eius) dicẽdo,
- 2 Sic dixit Iehouáh Deus Iſrahél, Vade, & dic ad ſidciahũ Regẽ Iehudáh, dic inquam ad eum, Sic dixit Iehouáh, Ecce do ciuitatem hãc in manũ Regis Babel, & ſuccendet eam igni.
- 3 Et tu non euades de manu eius, ſed comprehendendo comprehendẽris, & in manum eius tradẽris: & oculi tui oculos Regis Babel videbunt, & os eius os tuum alloquetur, & Babel ingrediẽris.
- 4 Attamen audi verbum Iehouæ ſidciahũ Rex Iehudáh, Sic dixit Iehouáh de te, Nõ morieris gladio:
- 5 In pace morieris, & ſecundum combuſtiones Patrum tuorum, Regum priorum, qui fuerunt ante te, ſic comburent tibi, & Vẽ domine plangent te: quia verbũ loquutus ſum, dixit Iehouáh.
- B 6 Et loquutus eſt Irmeiáhu propheta ad ſidciahũ Regem Iehudáh vniuerſa verba hæc in Ieruſaláim.
- 7 Exercitus autem Regis Babel pugnabat cõtra Ieruſaláim, & contra omnes ciuitates Iehudáh quæ remanſerant nempe cõtra Lachis & contra Azecáh: iſtæ enim remanſerant de ciuitatibus Iehudáh, vrbes munitæ.
- 8 Verbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, poſtquam percufſit Rex ſidciahũ fœdus cũ omni populo in Ieruſaláim vt prædicaret eis libertatem:
- 9 Vt ſcilicet emitteret vnusquisque ſeruũ ſuum, & vnusquisque ancillam ſuam Hebræũ & Hebræam, liberos: ne vllus vteretur eis tanquam ſeruis, Iehudæo ſcilicet fratre ſuo.
- 10 Et audierunt omnes principes, & vniuerſus populus, qui venerant in pactum, vt emitteret vnusquisque ſeruũ ſuum, & vnusquisque ancillam ſuam, liberos, vt ne quis vteretur eis amplius tanquam ſeruis: audierunt inquam, & dimiſerunt.
- 11 Conuerſi autem ſunt poſtea, & reduxerunt ſeruos & ancillas quos dimiſerant liberos, & ſubiugauerunt eos in ſeruos & in ancillas.
- 12 Et fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu à Iehouáh, dicẽdo,
- 13 Sic dixit Iehouáh Deus Iſrahél, Ego percufſi fœdus cum Patribus veſtris die qua eduxi eos è terra Ægypti, de domo ſeruorum, dicẽdo,
- 14 A ſine ſeptem annorum dimittetis vnusquisque fratrem ſuum Hebræum qui veditus fuerit tibi, & ſeruiet tibi ſex annis, dimittẽsque eũ liberum à te: ſed non audierunt Patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam.
- 15 Et conuerſi eratis hodie, & feceratis rectum in oculis meis, vt prædicaretis libertatẽ vnusquisque proximo ſuo: & feceratis pactum in conſpectu meo in domo ſuper quam inuocatum eſt nomen meum.
- 16 Sed reuerſi eſtis, & maculaſtis nomẽ meum, & reduxiſtis vnusquisque ſeruũ ſuum, & vnusquisque ancillam ſuam, quos emiſeratis liberos in animã ſuam: & ſubiugaſtis eos vt ſint nobis in ſeruos & in ancillas.
- 17 Propterea ſic dixit Iehouáh, Vos non obediſtis mihi vt prædicaretis libertatẽ vnusquisque fratri ſuo, & vnusquisque proximo ſuo: ecce ego prædico vobis libertatẽ, dixit Iehouáh, ad gladium, & ad peſtem, & ad famem: dabõque vos in commotionem cunctis regnis terræ.
- 18 Et tradam viros iſtos qui transgreſſi ſunt pactum meum, id eſt qui non confirmarunt verba fœderis quod pepigerant in cõſpectu meo, vitulo quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter partes eius,
- 19 Principes Iehudáh, & principes Ieruſaláim, eunuchos, & Sacerdotes, atque vniuerſum populum terrę, qui tranſierunt inter partes vituli:
- 20 Tradam inquam eos in manum inimicorũ ſuorum, & in manum quærentium animam eorum: eritque cadauer eorum in eſcam volatilibus cæli & animalibus terræ.
- 21 ſidciahũ quoque Regẽ Iehudáh & principes eius tradam in manum inimicorũ ſuorum, & in manum quærentium animam eorum, & in manum exercitus Regis Babel, qui ascen-

Exod. 21. d. 2  
Deut. 15. c. 12

D

ascenderunt à vobis.

- 22 Ecce præcipio, dixit Iehouáh, & reducá eos ad ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam, incendéntque eam igni: & ciuitates Iehudáh dabo in solitudinē, aded vt non sit habitator.

CAPVT XXXV.

*Proposita Iudeis Rechabitarum obedientia, docet humana præcepta diligentius obseruari quam diuina. & Præceptum Ionadab patris Rechabitarū. 17 Iudeis rebellibus penam minatur. 18 Rechabitis obedientibus felicitatem promittit.*

**V**erbum quod fuit ad Irmeiáhu à Iehouáh, in diebus Iehoiacím filij Ixowfiáhu Regis Iehudáh, dicendo,

2 Vade ad domum Rechabitarum, & loquere cum eis, atque introduc eos in domum Iehouæ in vnum è cubiculis, & propinabis eis vinū.

3 Assumpsi itaque Iaazaniáh filium Irmeiáhu filij Habaxsiniáh, & fratres eius, omnesque filios eius, & vniuersam domum Rechabitarū.

4 Et introduxi eos in domum Iehouæ in cubiculum filiorū nHana, filij Igdalláhu viri Dei, quod erat iuxta cubiculum principum, quod erat supra cubiculum Mayawseiáhu filij wSalum custodis liminis.

5 Posui itaq; coram filiis domus Rechabitarū scyphos plenos vino, & calices, & dixi ad eos, Bibite vinum.

**B** 6 Et dixerunt, Non bibemus vinum: quia Ionadáb filius Recháb pater noster præcepit nobis, dicendo, Non bibetis vinum vos & filij vestri vsque in seculum.

7 Nec domum ædificabitis, & sementem non feretis, & vineá non plátabitis, nec erit vobis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis in superficie terræ in qua peregrinamini.

8 Obediuimus igitur voci Iehonadáb filij Recháb patris nostri in omnibus quæ præcepit nobis, vt non biberemus vinum cunctis diebus nostris, nos, vxores nostræ, filij nostri, & filiae nostræ.

9 Neque ædificaremus domos pro habitatione nostra: neque vinea, & ager, & sementis essent nobis:

10 Sed habitauimus in tabernaculis, atq; obediuimus, & fecimus iuxta omnia quæ præceperat nobis Iehonadáb pater noster.

11 Fuit autem, quum ascēderet Nebuchadrezzár Rex Babel ad terram, diximus, Venite, & ingrediamur Ierusaláim à facie exercitus Chawsdím, & à facie exercitus Arám, & mansimus in Ierusaláim.

**C** 12 Fuit itaque verbum Iehouæ ad Irmeiáhu, dicendo,

13 Sic dixit Iehouáh exercituū Deus Iwfraxél, Vade, & dic viris Iehudáh, & habitatoribus Ierusaláim, Nunquid nō recipietis disciplinā vt obediatis verbis meis, dixit Iehouáh?

14 Cōfirmatum est verbum Iehonadáb filij Recháb, quod præcepit filiis suis vt non biberēt vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia paruerūt præcepto patris sui: ego autem loquutus sum ad vos manē surgēdo & loquendo, & non obedistis mihi.

15 Misitque ad vos, omnes seruos meos Prophetas, manē surgendo & mittendo, dicendo, Cōuertimini obsecro vnusquisque à via sua mala, & bona facite opera vestra, neque ambule-

tis post deos alienos, vt seruiatis eis, & habitabitis in terra quā dedi vobis & Patribus vestris: & nō inclinastis aurem vestram, nec obedistis mihi.

16 Quia confirmauerunt filij Iehonadáb filij Recháb præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autem iste non obediuerunt **D** mihi.

17 Idcirco sic dixit Iehouáh Deus exercituum, Deus Iwfraxél, Ecce adduco super Iehudáh & omnes habitatores Ierusaláim omne malū quod loquutus sum super illos: eo quod loquutus sum ad eos, & non audierunt: vocaui illos, & non responderunt.

18 Domui autem Rechabitarum dixit Irmeiáhu, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iwfraxél, Eo quod obedistis præcepto Iehonadáb patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, fecistisq; iuxta omnia quæ præcepit vobis:

19 Propterea sic dixit Iehouáh exercituū, Deus Iwfraxél, Non exciderit vir de Ionadáb filio Recháb, stans in cōspectu meo cūctis diebus.

CAPVT XXXVI.

*1 Scribit Baruch dicente Ieremia volumen maledictionum aduersus Iudam & Israel. 5 Mittitur cum volumine ad populum. 9 Legit Baruch volumen coram omni populo. 14 Accersitus ad principes, verba eadem legit coram eis. 16 Nuntiant principes Regi verba voluminis. 21 A Iehudi accepto volumine, & pauca in eo lectis, illud in ignem proiecit Rex. 27 Iussu Domini aliud volumen scribitur.*

**E**T fuit, anno quarto Iehoiacím filij Ixowfiáhu Regis Iehudáh, fuit verbū istud ad Irmeiáhu à Iehouáh, dicendo,

2 Tolle tibi volumen libri, & describe in eo omnia verba quæ loquutus sum tibi aduersum Iwfraxél & Iehudáh, & aduersum omnes gentes, à die qua loquutus sum ad te, à diebus Ixowfiáhu vsque ad diem hanc:

3 Si fortè audiant domus Iehudáh omne malum quod cogito facere eis: vt reuertantur vnusquisque à via sua mala, & propitius sim iniquitati eorum, & peccato eorum.

4 Accersuit ergo Irmeiáhu Barúch filiū Neriiáh: & scripsit Barúch ex ore Irmeiáhu omnia verba Iehouæ quæ loquutus est ad eum, in volumine libri.

5 Et præcepit Irmeiáhu Barúch, dicendo, Ego sum clausus, non possum ingredi domum Iehouæ:

6 Ingredere ergo tu, & lege in volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Iehouæ in auribus populi, in domo Iehouæ in die ieiunij: & etiam in auribus vniuersi Iehudáh qui veniunt de ciuitatibus suis, leges ea: **B**

7 Si fortè cadat deprecatio eorum in conspectu Iehouæ, & reuertantur vnusquisque à via sua mala: quia magnus est furor & ira quā loquutus est Iehouáh aduersus populum istum.

8 Fecit autem Barúch filius Neriiáh iuxta omnia quæ præceperat ei Irmeiáhu propheta, legēdo in libro verba Iehouæ in domo Iehouæ.

9 Et fuit, anno quinto Iehoiacím filij Ixowfiáhu Regis Iehudáh, mense nono, prædicauerūt ieiunium in conspectu Iehouæ vniuerso populo in Ierusaláim, & vniuerso populo qui veniebat de vrbibus Iehudáh, in Ierusaláim:

10 Legitque Barúch in libro verba Irmeiáhu in domo Iehouæ in cubiculo Gemariáhu filij wSaphán scribæ, in atrio superiore ad ostium portæ domus Iehouæ nouæ, in auribus totius populi **C**

Sup. 18. b. 11,  
E 25. d. 5  
Ionæ 3. c. 8

- populi.
- 11 Et audiuit Micháiehu filius Gemariáhu filij  $\psi$ Saphán omnia verba Iehouæ ex libro,
- 12 Descenditque in domum Regis, ad cubiculū Scribæ: & ecce ibi omnes principes sedebant,  $\kappa$ Eli $\psi$ samáy scriba, & Delaiáhu filius  $\psi$ Semariáhu, &  $\kappa$ Elnathán filius  $\psi$ Achbór, & Gemariáhu filius  $\psi$ Saphán, &  $\chi$ Sidciahú filius  $\eta$ Hananiáhu, & vniuersi principes.
- 13 Et nūtiauit eis Micháiehu omnia verba quæ audierat legente Barúch in libro, in auribus populi.
- 14 Miseruntque omnes principes ad Barúch, Iehudí filium Nethániahú filij  $\psi$ Selemiáhu filij Chu $\psi$ si, vt diceret, Volumen ex quo legisti in auribus populi, fume in manu tua & veni. & tulit Barúch filius Neriáh volumen in manu sua, & venit ad eos.
- 15 Et dixerunt ad eum, Sede nunc, & lege illud in auribus nostris. & legit Barúch in auribus eorum.
- 16 Fuit autem, quum audissent omnia verba, expauerunt vnusquisque ad proximum suum: & dixerunt ad Barúch, Nuntiano nuntiabimus Regi omnia verba ista.
- 17 Et iplum Barúch interrogauerunt, dicédo, Nūtia nunc nobis quomodo scripseris omnia verba ista ex ore eius.
- 18 Dixit autem eis Barúch, Ore suo legebat mihi omnia verba ista, & ego scribebam in libro, atramento.
- 19 Dixerunt autem principes ad Barúch, Vade abscode te, tu & Irmeiáhu, & nemo sciat vbi nam sitis.
- 20 Ingressique sunt ad Regem in atrium (volumen autem comendauerunt in cubiculo  $\kappa$ Eli $\psi$ samáy scribæ) & nuntiauerunt in auribus Regis omnia verba hæc.
- 21 Misit itaque Rex, Iehudí vt caperet volumē: tulit ergo illud de cubiculo  $\kappa$ Eli $\psi$ samáy scribæ, & legit in ipso, Iehudí in auribus Regis, & in auribus omnium principū qui stabat iuxta Regem.
- 22 Rex autem sedebat in domo hyemali mense nono, & focolus coram eo ardebat.
- 23 Et fuit, quum legisset Iehudí tres pagellas, aut quatuor, scidit illud cultello scribæ, & proiecit in ignem qui erat in foculo, donec confumeretur totū istud volumen super ignem qui erat in foculo.
- 24 Nectimuerunt, nec sciderunt vestimenta sua Rex, & omnes serui eius qui audiebant omnia verba ista.
- 25 Et etiam  $\kappa$ Elnathán & Delaiáhu, & Gemariáhu deprecati sunt Regem ne cōbureret volumen illud: & non audiuit eos:
- F 26 Sed præcepit Rex Ieranhme $\chi$ él, filio Hammelech, &  $\psi$ Seraiáhu filio  $\psi$ Azriél, &  $\psi$ Selemiáhu filio Abde $\chi$ él vt tollerēt Barúch scribā & Irmeiáhu prophetam: abscondit autem eos Iehouáh.
- 27 Fuit autem verbū Iehouæ ad Irmeiáhu postquam cōbuserat Rex volumen & verba quæ scripserat Barúch ex ore Irmeiáhu, dicédo,
- 28 Reuertere, tolle tibi volumen aliud, & scribe in eo omnia verba priora quæ erant in volumine priori quod combussit Iehoiácim rex Iehudáh.
- 29 Et ad Iehoiácim Regem Iehudáh dices, Sic

dixit Iehouáh, Tu combussisti volumē istud, dicédo, Quare scripsisti in eo in hunc modū, Veniēdo veniet Rex Babel, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex ea homines & animalia?

- 30 Propterea sic dixit Iehouáh ad Iehoiácim Regem Iehudáh, Non erit ei qui sedeat super solium Dauid, cadauerque eius proiectū erit ad æstum in die, & ad gelu in nocte.
- 31 Et visitabo super eum, & super semē eius, & seruos eius iniquitatē eorum: & inducam super eos, & super habitatores Ierusaláim, & super viros Iehudáh, omne malū quod loquutus sum ad eos, & non audierunt.
- 32 Irmeiáhu ergo tulit volumē aliud, & dedit illud Barúch filio Neriáh scribæ: & scripsit in eo ex ore Irmeiáhu omnia verba libri quæ combusserat Iehoiácim Rex Iehudáh igni, & præterea addita sunt super ea verba multa similia.

## CAPVT XXXVII

1 Succedit Sedecias Iechonia. 6 Prædicat Deus vrbis excidium. 11 Proficiscēs Ieremias in terrā Benjamin cōprehenditur. 15 Cæsus in carcerem mittitur. 17 Liberatur à Rege Sedecias.

- 1 Regnauit autem Rex  $\chi$ Sidciahú filius Ieremias pro Choniáhu filio Iehoiácim, quem regem cōstituit Nebuchad $\chi$ ezár Rex Babel in terra Iehudáh. 4. Reg. 24. d. 17 1. Paral. 36. b. 10
- 2 Et non obediuit ipse, & serui eius, neque populus terræ, verbis Iehouæ quæ dixerat per Irmeiáhu prophetam.
- 3 Et misit Rex  $\chi$ Sidciahú Iehucál filium  $\psi$ Selemiáh, &  $\chi$ Sephaniáhu filium Mayaw $\psi$ leiah Sacerdotem ad Irmeiáhu prophetam, vt dicerent, Ora quæso pro nobis ad Iehouam Deum nostrum.
- 4 Irmeiáhu autem ingrediebatur & egrediebatur in medio populi: nec enim posuerat eum in domum carceris.
- 5 Exercitus autem Paryóh egressus est de Ægypto, audieruntque Chaw $\psi$ dim qui obsidebant Ierusaláim auditum eorum, & ascēderunt ab Ierusaláim.
- 6 Tūc fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu prophetam, dicédo,
- 7 Sic dixit Iehouáh Deus I $\psi$ srahél, Sic dicitis ad Regem Iehudáh qui misit vos ad me ad interrogandum me, Ecce exercitus Paryóh qui egressus erat vobis in auxilium, reuersus est in terram suam in Ægyptum. B
- 8 Et redibunt Chaw $\psi$ dim, oppugnabuntque ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam igni.
- 9 Sic dixit Iehouáh, Ne decipjatis animas vestras, dicédo, Abeundo abibūt à nobis Chaw $\psi$ dim: non enim abituri sunt.
- 10 Nā etiamsi percusseritis vniuersum exercitū Chaw $\psi$ dim qui oppugnant vos, & remaserint ex eis viri transfixi, tamen quisque è tentorio suo confurget, & incendit ciuitatem hanc igni.
- 11 Fuit autē, quū ascendisset exercitus Chaw $\psi$ dim ab Ierusaláim, propter exercitū Paryóh,
- 12 Egressus est Irmeiáhu de Ierusaláim vt iret in terram Biniamín vt segregaret se inde: quia erat in medio populi. C
- 13 Quum autem esset in porta Biniamín, ibique esset præpositus, cuius nomen erat Ir $\chi$ iah, filius  $\psi$ Selemiáh filij  $\eta$ Hananiáh, ille apprehēdit

dit Irmeiáhu prophetam, dicendo, Ad Chawf dim tu transfugis.

14 Dixitque Irmeiáhu, Falsum est, non transfugio ad Chawf dim, ar non audiuit eum, sed eóprehendit Irmeiáhu ipsum Irmeiáhu, adduxitque eum ad principes.

15 Irati que sunt principes contra Irmeiáhu, & percutere fecerunt eum, posueruntque eum in domum carceris, in domum Iehonathán scribæ: ipsam enim fecerant domum carceris.

16 Quum ingressus esset Irmeiáhu in domum laci, & in locú ubi detinebantur vincti, & mansisset ibi Irmeiáhu diebus multis:

17 Tandem misit rex Sidciáhu, & tulit eum, interrogauitque eum Rex in domo sua absconditè, & dixit, Num est verbum à Iehouáh? Et dixit Irmeiáhu, Est: præterea dixit, In manú Regis Babel tradéris.

18 Et dixit Irmeiáhu ad Regem Sidciáhu, Quid peccavi in te, & in seruos tuos, & in populum istum, quod posuistis me in domú carceris?

19 Et vbinam sunt prophetæ vestri qui prophetabant vobis, dicendo, Non veniet Rex Babel contra vos, & contra terram istam?

20 Nunc itaque audi obsecro domine mi Rex, cadat obsecro deprecatio mea in conspectu tuo, & ne redire facias me in domum Iehonathán scribæ, ne moriar ibi.

21 Et præcepit Rex Sidciáhu, & posuerunt Irmeiáhu in atrio custodiae, & dedit ei tortá panis per diem ex platea pistorum, donec consumeretur omnis panis de ciuitate: mansit itaque Irmeiáhu in atrio custodiae.

CAPVT XXXVIII.

1 Principum suasu demittitur Jeremias in lacum. 7 Abde melech eunuchi rogatu, iubet Rex Jeremiam educi e lacu 14 Ostendit Jeremias qua ratione possit euadere mortem Rex qui ipsi consulebat.

1 **A**Vdiuit autem Saphatiáh filius Mathán, & Gedaliáhu filius Pawl hñur, & Iuchál filius Selemiáhu, & Pawl hñur filius Malchiiáh verba que Irmeiáhu loquebatur ad vniuersum populum, dicendo:

2 Sic dixit Iehouáh, Qui manserit in ciuitate ista, morietur gladio, & fame, & peste: qui autem exierit ad Chawf dim, viuet, eritque anima eius in spolum, & viuet.

3 Sic dixit Iehouáh, Tradendo traderetur ciuitas hæc in manum exercitus Regis Babel, & capiet eam.

4 Dixerunt itaque principes ad Regem, Moriatur quæsumus vir iste: quia idcirco debilitat manus virorum bellicosorum qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, quod loquatur ad eos talia verba: vir enim iste non quærit pacem populo huic, sed malú.

5 Et dixit Rex Sidciáhu, Ecce est in manibus vestris: non enim Rex potest vobis denegare quicquam.

6 Tulerunt itaque Irmeiáhu, & proiecerunt eum in lacum Malchiiáhu filij Hamélech, qui erat in atrio custodiae, & demiserunt Irmeiáhu funibus: in lacu autem non erat aqua, sed cænum, defixusque est Irmeiáhu in cænum.

7 Quod quum audisset Ebed-melech Æthiops, vir eunuchus (ipse autem erat in domo Regis) quod posuissent Irmeiáhu in lacum: tunc

Rex sedebat in porta Biniamín.

8 Egressus est itaque Ebed-melech de domo Regis, & loquutus est ad Regem, dicendo,

9 Domine mi Rex, malè fecerunt viri isti in omnibus quæ fecerunt ipsi Irmeiáhu prophetæ, quem proicere fecerunt in lacum: morietur enim in loco ipso propter famé: quia non est panis ultra in ciuitate.

10 Præcepit itaque Rex ipsi Ebed-melech Æthiopi, dicédo, Tolle in manu tua hinc triginta viros, & ascédere fac Irmeiáhu prophetam de lacu, antequam moriatur.

11 Assumpsit ergo Ebed-melech viros in manu sua, & ingressus est domum Regis ad locum qui erat sub thesauro: tulitque inde veteres pannos putridos, & veteres corruptos: & demisit eos ad Irmeiáhu in lacum funibus.

12 Et dixit Ebed-melech Æthiops ad Irmeiáhu, Pone nunc veteres pannos putridos & corruptos sub axillis manuum tuarum, subter fustes. & fecit Irmeiáhu sic.

13 Extraxerunt itaque Irmeiáhu funibus, & ascendere fecerunt eum e lacu: mansitque Irmeiáhu in atrio custodiae.

14 Misit autem Rex Sidciáhu & tulit Irmeiáhu prophetam ad se, ad introitum tertium qui erat in domo Iehouæ, dixitque Rex ad Irmeiáhu, Interrogo te aliquid, ne abscondas à me quicquam.

15 Dixit autem Irmeiáhu ad Sidciáhu, Si annuntiaueró tibi, annon interficiendo interficies me? & si consilium dederó tibi, non parebis mihi.

16 Et iurauit Rex Sidciáhu ipsi Irmeiáhu clá, dicédo, Viuit Iehouáh qui fecit nobis animá hæc, si occidero te, & si tradidero te in manum virorum istorum qui quærun animam tuam.

17 Et dixit Irmeiáhu ad Sidciáhu, Sic dixit Iehouáh Deus exercituum Deus Israhél, Si exieris ad principes Regis Babel, & viuet anima tua, & ciuitas hæc non succedet igni, & viues tu & familia tua:

18 Si autem non exieris ad principes Regis Babel, tradetur ciuitas hæc in manú Chawf dim, & succendent eam igni, neque effugies de manu eorum.

19 Dixit autem Rex Sidciáhu ad Irmeiáhu, Timeo mihi propter Iehudeos qui transfugerunt ad Chawf dim, ne forte tradant me in manum eorum, & illudant mihi.

20 Et dixit Irmeiáhu, Non tradent: audi quæso vocem Domini qua loquor ad te, & bene erit tibi, & viuet anima tua:

21 Si autem reueris exire, hoc est verbú quod ostendit mihi Iehouáh,

22 Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iehudá, educetur ad principes Regis Babel: eademque dicent, Sualerunt tibi, & præualuerunt tibi viri pacis tuæ: infixi sunt in cæno pedes tui, conuersi sunt retrorsum.

23 Et omnes vxores tuas & filios tuos educent ad Chawf dim, tu quoque non euades de manu eorum: sed manu regis Babel capieris, & ciuitatem hanc combures igni.

24 Dixit autem Sidciáhu ad Irmeiáhu, Nemo sciat verba ista, & non morieris.

25 Quod si audierint principes quod loquutus sum tecú, & venerint ad te, dixerintque tibi, Indica nunc nobis quid loquutus sis ad Regé, ne

supra 21. d. 8

D

C

D

E

B

F

G

celes nos, & non interficiemus te: & quid loquutus sit ad te Rex.

- 26 Dices ad eos, Cadere feci ego deprecationē meam coram Rege, ne reducere faceret me in domum Iehonathān, vt morerer ibi.
- 27 Venerunt ergo omnes principes ad Irmeiāhu, & interrogauerunt eum: nuntiavitque eis iuxta omnia verba illa quæ præceperat Rex, & siluerunt ab eo: quia non fuerat exauditum verbum.
- 28 Et mansit Irmeiāhu in atrio custodiae vsque ad diem quo capta est Ierusalem: eratque ibi quum capta fuit Ierusalem.

## CAPVT XXXIX.

1 Nabuchodonosor obsidet Ierusalem. 4 Fugit Sedecias. 5 Eū apprehenditur à Chaldeis. 6 Occiduntur filij eius. 7 Exoculatur. 11 Jeremias protegitur. 15 Abde-melech ob fiduciam in Deum, liberatur à captiuitate.

4. Reg. 25.

d. 1

Infrā 52. d. 4

- 1 Anno nono rSidciahū Regis Iehudāh, mense decimo, venit Nebuchadrezzār Rex Babel, & vniuersus exercitus eius contra Ierusalem, & obsederunt eam.
- 2 Vndecimo autem anno rSidciahū, mense quarto, nona mensis rupta est ciuitas.
- 3 Ingressique sunt omnes principes Regis Babel, & sederunt in porta media, Nergal vsarxē rfer, vsamgar-nebo, vsarosechīm, Rab-sarīos, Nergal vsarxē rfer, Rab-mag, & omnes reliqui principes Regis Babel.
- 4 Et fuit, quum vidisset eos rSidciahū Rex Iehudāh, omnesque viri bellatores, fugerunt, & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti Regis, per portam quæ erat inter duos muros, egressusque est per viam deserti.
- B 5 Persequutus est autem eos exercitus Chawsdīm, & assequuti sunt rSidciahū in desertis Ieremhō, tuleruntque eum, atque ascendere fecerunt eam ad Nebuchadrezzār Regem Babel in Riblāh, quæ est in terra nHamāth, & loquutus est cum eo iudicia.
- 6 Et iugulauit Rex Babel filios rSidciahū in Riblāh in oculis eius: omnes item nobiles Iehudāh iugulauit Rex Babel.
- 7 Oculos verò rSidciahū excæcauit: & vinxit eum compedibus vt adduceret eum in Babel.
- 8 Domum autem Regis & domos populi succenderunt Chawsdīm igni: & muros Ierusalem diruerunt.
- 9 Residuum autem populi qui remanserat in vrbe, & transfugas qui transfugerant ad eum, & residuum populi qui remanserat, transtulit Nebuzar-adān princeps militum in Babel.
- C 10 De plebe verò pauperum quibus non erat quicquam, reliquit Nebuzar-adān magister militum in terra Iehudāh, & dedit eis vineas & agros in die illa.
- 11 Præceperat autē Nebuchadrezzār Rex Babel de Irmeiāhu, per manū Nabuzaradān magistri militum, dicendo,
- 12 Tolle illum, & oculos tuos pone super illū, neque feceris ei quicquam mali: sed vt loquatur ad te, sic facies cum eo.
- 13 Misit itaque Nabuzaradān princeps militum & Nabuzfabān, Rab-sarīos, & Neregāl vsarxē rfer, Rab-mág, & omnes principes Regis Babel.
- 14 Miserunt inquam, & tulerunt Irmeiāhu de

- 1 atrio custodiae, & tradiderunt eum Gedaliāhu filio Anhicam filij vsaphān, vt educeret eū ad domum: & habitauit in medio populi.
- 15 Ad Irmeiāhu quoque factum fuerat verbum D Iehouæ quum esset clausus in atrio custodiae, dicendo,
- 16 Vade, & dic ad yEbed-mélech Æthiopem, dicendo, Sic dixit Iehouāh exercituum Deus vsrahēl, Ecce adducturus sum verba mea super ciuitatem hanc in malum, & non in bonū, & erunt in conspectu tuo in die illa,
- 17 Et eripiam te in die illa, dixit Iehouāh, & nō tradēris in manum virorum à quorum facie tu formidas:
- 18 Sed eruendo eruam te, & gladio non cades, eritque tibi anima tua in prædam: quia fidisti mihi, ait Iehouāh.

## CAPVT XL.

1 Datur Jeremia facultas proficiscendi quò velit. 6 Habitat Jeremias cum populo relicto in Ierusalem, cui præerat Godolias. 13 Iohanan prædicit Godolias duci mortem suam.

- 1 Verbum quod fuit ad Irmeiāhu à Iehouāh, postquam dimiserat eum Nebuzaradān magister militum de Ramāh: quādo tulit eum, quum is esset tum vinctus catenis in medio vniuersæ transmigrationis Ierusalem & Iehudāh, qui captiui deducebantur in Babel.
- 2 Tulit autem princeps militum Irmeiāhu, & dixit ad eum, Iehouāh Deus tuus loquutus est malum hoc contra locum istum,
- 3 Et adduxit, fecitque Iehouāh quemadmodū loquutus est: quia peccastis Iehouæ, & non parulistis voci eius, propterea fuit vobis verbum hoc.
- 4 Nunc ergo ecce solui te hodie à catenis quæ erant in manibus tuis: si bonū est in oculis tuis vt venias mecum in Babel, veni, & ponā oculū meū super te: si autem malū est in oculis tuis vt venias mecum in Babel, desine: vide, omnis terra in conspectu tuo est: ad locum qui bonus & rectus est in oculis tuis vt vadas illuc, vade.
- 5 Adhuc autem ille non dixerat quod non reuerteretur: & dixit, Reuertere ad Gedaliāh filium B Anhicam filij vsaphān, quem præposuit Rex Babel ciuitatibus Iehudāh, & habita cum eo in medio populi: vel ad omnem locum qui rectus fuerit in oculis tuis vt vadas, vade. Et dedit ei princeps militiæ viaticū & munus, & dimisit eum.
- 6 Venit igitur Irmeiāhu ad Gedaliāh filium Anhicam in Mixspāh, & habitauit cum eo, in medio populi qui remanserat in terra.
- 7 Audierunt autem omnes principes exercituum qui in agro erant, ipsi & viri eorum quod præfecisset Rex Babel Gedaliāhu filium Anhicam terræ, quodque commēdasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & pauperes terræ, eos qui non fuerant translati in Babel:
- 8 Et venerunt ad Gedaliāhu in Mixspāh, nēpe vsmayxēl filius Nethaniāhu, & Ionhanā, & Ionathan filij Caréan, & vseraiāh filius Thanhuméth, & filij yEphāi Netophathitæ, & Iezaniāhu filius Mayachathī, ipsi & viri eorum:
- 9 Et iurauit eis Gedaliāhu filius Anhicam filij vsaphān, & viris eorum, dicendo, Ne timeatis seruire Chawsdīm: habitate in terra, & seruite

4. Reg. 25.

f. 24

uite

uite Regi Babel, & bene erit vobis.

- 10 Et ego ecce habito in Mirspah, ut stem coram Chawdim qui venient ad nos: vos autem colligite vinum, & fructum, & oleum, & ponite in vasis vestris, & manete in vrbibus vestris quas cepistis.
- 11 Quinertia omnes Iehudæi qui erant in Moab, & inter filios Ammon, & in Edom, & qui erant in omnibus aliis terris, audierunt quod dedisset Rex Babel residuum Iehudah, & quod præfecisset eis eos Gedaliahu filium Anhicam filij Saphan.
- D 12 Et reuersi sunt omnes Iehudæi de vniuersis locis ad quæ expulsi fuerant: & venerunt in terram Iehudah ad Gedaliahu in Mirspah: collegeruntque vinum, & fructus multos valde.
- 13 Ionhanan autem filius Caréan, & omnes principes exercituum qui erant in agro, venerunt ad Gedaliahu in Mirspah,
- 14 Dixeruntque ei, Nonne cognoscendo cognoscis quod Babilos Rex filiorum Ammon misit Iosmayel filium Nethaniáh ut percutiat te in anima? sed non credidit eis Gedaliahu filius Anhicam.
- 15 Ionhanan autem filius Caréan loquutus est ad Gedaliahu clam in Mirspah, dicendo, Ibo nunc, & percutiam Iosmayel filium Nethaniáh, & nemo sciet: cur enim percutiet te in anima, & dispergentur omnes Iehudæi qui congregati sunt ad te, & peribit residuum Iehudah.
- 16 Et dixit Gedaliáh filius Anhicam ad Ionhanan filium Caréan, Ne feceris verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Iosmayel.

CAPVT XLII.

1 Iosmayel dolo occidit Gedaliáh & alios complures. 2 Ionhanan persequitur Iosmayelem.

- 1 **E**T fuit mense septimo, venit Iosmayel filius Nethaniáh filij Eliosamay de semine Regio, & optimates Regis, & decem viri cum eo ad Gedaliahu filium Anhicam in Mirspah: & comederunt ibi panem simul, nempe in Mirspah.
- 2 Surrexit autem Iosmayel filius Nethaniáh, & decem viri qui erant cum eo, & percusserunt Gedaliahu filium Anhicam filij Saphan gladio: & interfecit eum quem præfecerat Rex Babel ipsi terræ:
- 3 Et omnes Iudæos qui erant cum eo, nempe cum Gedaliahu in Mirspah, & Chawdim qui inuenti sunt ibi: viros inquam bellatores percussit Iosmayel.
- 4 Fuit autem die postero quo occidit Gedaliahu, idque nemine sciente,
- 5 Venerunt viri de Sechem, de Silo, & de Somron, octoginta nempe viri, rafa barba, & scisis vestibus, & laniata facie: in quorum manibus erant munera, & thus, ut adducerent in domum Iehouæ.
- B 6 Et egressus est Iosmayel filius Nethaniáh in occursum eorum de Mirspah, vadens eundo & flens. fuit autem, quum occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad Gedaliahu filium Anhicam.
- 7 Fuit itaque quum venissent in medium vrbis, iugulauit eos Iosmayel filios Nethaniáh ad medium cisternæ, ipse & viri qui erant cum eo.
- 8 Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui

medixerunt ad Iosmayel, Ne occidas nos: quia non sunt nobis thesauri in agro, thesauri frumentorum, & hordeorum, & olei, & mellis: destitit igitur, nec interfecit eos in medio fratrum eorum.

- 9 Cisterna autem in quam proiecit Iosmayel omnia cadavera virorum quos percusserat propter Gedaliahu, ipsa est quam fecerat Rex Aofa propter Babilos Regem Iosmayel: ipsam repleuit Iosmayel filius Nethaniáh occisis.
- 10 Et captiuum abduxit Iosmayel omne residuum populi qui erat in Mirspah, filias Regis, & vniuersum populum qui remanserat in Mirspah: quos commendauerat Nebuzardan princeps militiæ apud Gedaliahu filium Anhicam: & captiuos abduxit eos Iosmayel filius Nethaniáh: & abiit ut transiret ad filios Ammon.
- 11 Et audiuit Ionhanan filius Caréan, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iosmayel filius Nethaniáh.
- 12 Assumpserunt igitur omnes viros, & abierunt ut pugnaret cum Iosmayel filio Nethaniáh, & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gibyon.
- 13 Fuit autem, quum audisset vniuersus populus qui erat cum Iosmayel, Ionhanan filium Caréan, & vniuersos principes exercituum qui erant cum eo, lætati sunt.
- 14 Et couerterunt se vniuersus populus quem captiuum duxerat Iosmayel de Mirspah: reuersique sunt, & ierunt ad Ionhanan filium Caréan.
- 15 Iosmayel autem filius Nethaniáh euasit cum octo viris a facie Ionhanan, & abiit ad filios Ammon.
- 16 Tulit autem Ionhanan filius Caréan, & omnes principes exercituum qui erant cum eo, vniuersas reliquias populi quem reduxerat ab Iosmayel filio Nethaniáh de Mirspah, postquam percussit Gedaliáh filium Anhicam viros bellatores, & mulieres, & paruulos, & eunuchos quos reduxerat de Gibyon.
- 17 Et abierunt, & habitauerunt in Geruth Chimham, quæ est iuxta Beth-lehem, ut proficiscerentur & ingrederentur Mirsaim.
- 18 A facie Chawdim: timebatur enim a facie eorum: quia percusserat Iosmayel filius Nethaniáh, Gedaliahu filium Anhicam, quem terræ præfecerat Rex Babel.

CAPVT XLIII.

1 Consulunt principes Ieremiam quid facere debeant. 7 Monet reliquias populi ne proficiscantur in Aegyptum.

- 1 **A**ccesserunt autem omnes principes exercituum, nempe Ionhanan filius Caréan, & Iezaniáh filius Hosaiáh, & vniuersus populus a paruo vsque ad magnum,
- 2 Et dixerunt ad Ieremiam prophetam, Cadat quæsumus oratio nostra in conspectu tuo, & ora pro nobis ad Iehouam Deum tuum pro omni residuo isto: quia relictus sumus pauci ex multis, sicut oculi tui intuentur nos.
- 3 Et annuntiet nobis Iehouah Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus.
- 4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Au

- diui: ecce orabo ad Iehouam Deum vestrum secundum verba vestra: quicquid autē responderit Iehouáh vobis, indicabo vobis: nō prohibebo à vobis verbum.
- 5 Ipsi autem dixerunt ad Irmeiáhu, Sir Iehouáh inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbum propter quod miserit te Iehouáh Deus tuus ad nos, sic faciamus.
- 6 Siue bonum siue malum, voci Iehouæ Dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis quum obediuerimus voci Iehouæ Dei nostri.
- B** 7 Fuit autem in fine decem dierum, fuit verbum Iehouæ ad Irmeiáhu,
- 8 Vocauitque Ionhanán filium Caréan, & omnes principes exercituum qui erāt cum eo, atque vniuersum populum à paruo vsque ad magnum,
- 9 Et dixit ad eos, Sic dixit Iehouáh Deus Iſrahél, ad quem misistis me vt cadere facerem preces vestras in conspectu eius,
- 10 Si manendo manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruem: plantabo vos, & non euellam: quia pœnitent me mali quod feci vobis.
- 11 Ne timeatis à facie Regis Babél, à cuius facie vos timetis: ne timeatis à facie eius, dixit Iehouáh: quia vobiscum sum, vt saluos faciam vos, & eruam vos de manu eius.
- 12 Dabo enim vobis misericordias: & miserebitur vestri, & habitare faciet vos in terra vestra.
- C** 13 Quòd si dixeritis, Non habitabimus in terra hac, non obediendo voci Iehouæ Dei vestri:
- 14 Dicédo, Nequaquam, sed terram Mixráim ingrediemur, in qua non videbimus bellum, nec sonum tubæ audiemus: & pane nō esurietis, & ibi habitabimus.
- 15 Nunc ergo propterea audite verbum Iehouæ, reliquiæ Iehudáh, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél, Si vos ponendo posueritis facies vestras vt ingrediamini Mixráim, & intraueritis ad peregrinandum ibi:
- 16 Erit, gladius à quo formidatis, ibi comprehendet vos in terra Mixráim: & fames à qua timeris, ibi adhaerebit vobis in Mixráim, ibiq; moriemini.
- 17 Erit enim, omnes viri qui posuerint facies suas vt ingrediantur Mixráim, ad peregrinandum ibi, morientur gladio, fame, & peste: nec erit eis superstes & euasor à facie mali quod ego adduco super eos.
- 18 Sic enim dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél, Sicut effusus est furor meus, & ira mea super habitatores Ierusaláim, sic effundetur ira mea super vos quum ingressi fueritis Ægyptum: & eritis in iusurandum, & in stuporem, & in maledictionem, & in opprobrium, nec videbitis vltra locum istum.
- D** 19 Loquutus est Iehouáh super vos ó reliquiæ Iehudáh, Ne intretis Mixráim: sciendo sciatis quia monuerim vos hodie.
- 20 Equidem errare fecistis animas vestras: vos enim misistis me ad Iehouam Deum vestrum, dicendo, Ora pro nobis ad Iehouam Deū nostrum, & iuxta omnia quæ dixerit Iehouáh Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus:
- 21 Et annuntiaui vobis hodie, sed non audistis vocem Iehouæ Dei vestri, & vniuersa pro quibus misit me ad vos.
- 22 Nunc ergo sciendo sciatis quòd gladio, & fame, & peste moriemini in loco illo in quē concupistis intrare ad peregrinandum ibi.

## CAPVT XLIII.

<sup>2</sup> Reclamante Ieremia Iohanā abducit reliquias populi in Ægyptū.  
<sup>8</sup> Ieremias prædicit vastitatem Ægypti.

- 1 **E**T fuit, quum compleisset Irmeiáhu loqui ad omnem populum vniuersa verba Iehouæ Dei eorum, pro quibus miserat eum Iehouáh Deus eorū ad ipsos, omnia inquam verba ista,
- 2 Dixit yAzariáh filius Howsaiáh & Ionhanán filius Caréan, & omnes viri superbi, dicentes ad Irmeiáhu, Mendacium loqueris: nō misit te Iehouáh Deus noster, dicendo, Ne ingrediamini Mixráim ad peregrinandum ibi:
- 3 Sed Barúch filius Neriáh incitat te aduersus nos, vt tradas nos in manum Chawdím, vt interficere facias nos, migratēq; facias nos in Babél.
- 4 Et non paruit Ionhanán filius Caréan, & omnes principes exercituum, & vniuersus populus voci Domini, vt manerent in terra Iehudáh:
- 5 Sed tulit Ionhanán filius Caréan, & omnes principes exercituum omne residuum Iehudáh, eorum qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas expulsi fuerant, vt habitarent in terra Iehudáh,
- 6 Viros, & mulieres, & paruulos, & filias Regis, & omnem animam quam dimiserat Nebuzar-adán præfectus militum cum Gedaliáhu filio Anhicám filio Saphán, & Irmeiáhu prophetam, & Barúch filium Neriáhu:
- 7 Et profecti sunt in terram Mixráim: quia non obediunt voci Iehouæ, & venerunt vsque ad Thapnpanhéos.
- 8 Fuit autem verbum Iehouæ ad Irmeiáhu in Thapnpanhéos, dicendo,
- 9 Sume in manu tua lapides grādes, & absconde eos in luto, in fornace laterū quæ est in porta domus Paryóh in Thapnpanhéos in oculis virorum Iehudæorum:
- 10 Et dic ad eos, Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél, Ecce ego mitto, & assumā Nebuchadrezzár Regem Babél seruum meum, & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & tendet tentorium suum super eos.
- 11 Venietq; & percutiet terram Mixráim: qui ad mortem, ad mortem: & qui ad captiuitatē, ad captiuitatem: & qui ad gladium, ad gladium.
- 12 Et succendam ignem in domibus deorum Mixráim, & comburet eas, & captiuos abducat eos: & induet terram Mixráim, quemadmodum induit se pastor pallio suo: egredieturque inde in pace.
- 13 Conteret quoq; statuas Beth-wémews, quæ est in terra Mixráim, & domos deorum Mixráim, comburet igni.

## CAPVT XLIIII.

Arguit populum idololatriæ.

- 1 **V**erbum quod fuit ad Irmeiáhu de omnibus Iehudæis qui habitabant in terra Mixráim, qui habitabant inquam in Migdól, &

in Thahpanthéos, & in Nóph, & in terra Pa-  
thróos, dicendo,

- 2 Sic dixit Iehouáh exercituú Deus Iwfraxél,  
Vos vidistis omne malum quod adduxi super  
Ierusaláim, & super cunctas vrbes Iehudáh,  
& ecce ipsæ sunt desolatæ hodie, nec est in eis  
habitor,
- 3 Propter malitiam eorum quam fecerunt ad  
iram me prouocando, düm abierunt vt offer-  
rent incensum, & coluerunt deos alienos quos  
non cognoscebant ipsi, vos, & Patres vestri.
- 4 Et mihi ad vos omnes seruos meos Prophe-  
tas, manè surgendo, & mittendo, dicendo, Ne  
quæso faciatis verbum abominationis huius  
quam odi.
- 5 Et non obtemperauerunt, nec inclinauerunt  
aurem suam vt conuerteretur à malitia sua, ne  
suffirent diis alienis.
- B 6 Et effusa est ira mea, & furor meus, & succē-  
sa est in vrbibus Iehudáh, & in plateis Ierusa-  
láim, & fuerunt in solitudinem & vastitatem  
secundum diem hanc.
- 7 Nunc igitur sic dixit Iehouáh exercituum  
Deus Iwfraxél, Quare facitis malum hoc gran-  
de contra animas vestras, vt excidatis ex vo-  
bis virum & mulierem, paruulum & lactērem  
de medio Iehudáh, vt non relinquatis vobis  
reliquias?
- 8 Vt irasci faciatis me per opera manuum ve-  
strarum, suffiendo diis alienis in terra Ægypti  
ad quam ingressi estis vt habitetis ibi: vt exter-  
mineris vobis, & sitis in maledictionem & in  
opprobrium in cunctis gentibus terræ?
- 9 Num oblitus estis malorum Patrum vestrorú,  
& malorum Regum Iehudáh, & malorú vxor-  
um eius, & malorum vestrorum, & malorum  
vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Ie-  
hudáh, & in plateis Ierusaláim?
- 10 Non sunt attriti vsque ad diem hanc, nec ti-  
muerunt, nec ambulauerunt in Lege mea, &  
in statutis meis quæ dedi coram vobis, & co-  
ram Patribus vestris.
- C 11 Ideo sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iw-  
fraxél, Ecce ego pono faciem meam in vobis  
in malum: & ad exterminandum omnem Ie-  
hudáh.
- 12 Et tollam residuos Iehudáh qui posuerunt  
facies suas vt ingrederentur terram Mixráim  
ad habitandum ibi, & consumentur omnes in  
terra Mixráim, cadēt gladio, fame consumen-  
tur: à paruo vsque ad maximum gladio & fa-  
me morientur, & erunt in iurandum, & in  
stuporem, & in maledictionem, & in oppro-  
brium.
- 13 Et visitabo habitantes in terra Mixráim,  
quemadmodum visitauit Ierusaláim, gladio,  
& fame, & peste.
- 14 Nec erit euasor, & superstes residuo Iehu-  
dáh qui ingressi fuerunt ad habitandum ibi:  
nempe in terra Mixráim, ad reuertēdum in ter-  
ram Iehudáh: ad quam ipsi eleuant animam  
suam vt reuertantur ad habitandum ibi: quia  
non reuertentur nisi qui euaserint.
- D 15 Et responderunt ipsi Irmeiáhu omnes viri  
qui sciebant quod suffirent vxores eorum diis  
alienis, & vniuersæ mulieres quæ astabāt, cœ-  
tus magnus, & vniuersus populus qui habita-  
bat in terra Mixráim in Pathróos, dicendo,
- 16 Verbum quod loquutus es ad nos in nomi-

- ne Iehouæ non audimus à te:
- 17 Sed faciendo faciemus omne verbum quod  
egressum est de ore nostro, suffiendo reginæ  
cæli, & libando ei libamina, sicut fecimus nos,  
& Patres nostri, Reges nostri, & Principes no-  
stri in vrbibus Iehudáh, & in plateis Ierusa-  
láim: & saturati sumus pane, & fuimus iucun-  
di, & malum non vidimus.
- 18 Ex eo autem tempore quo cessauimus suffi-  
re reginæ cæli, & libare ei libamina, carui-  
mus omnibus, gladioque & fame consum-  
pti sumus.
- 19 Quum verò nos suffimus reginæ cæli, & li-  
bamus ei libamina, nunquid sine viris nostris  
fecimus ei placentas ad exhilarandam eam,  
& ad libandum ei libamina?
- 20 Loquutus est igitur Irmeiáhu ad omnem  
populum, ad viros, & ad mulieres, vniuersam-  
que plebem qui responderant ei verbum, di-  
cendo,
- 21 Nónne suffitus quem suffuistis in ciuitati-  
bus Iehudáh, & in plateis Ierusaláim, vos &  
Patres vestri, Reges vestri, & Principes vestri  
atque populus terræ, recordatus est Iehouáh,  
& ascendit super cor eius?
- 22 Non potuit autem Iehouáh vltra ferre pro-  
pter malitiam operum vestrorú, propter abo-  
minationes quas fecistis: ideo fuit terra vestra  
in desolationem, & in stuporem, & in maledi-  
ctionem, vt non sit habitator secundum diem  
hanc.
- 23 Propterea quod suffuistis, & peccauistis Ie-  
houæ, & non paruistis voci Iehouæ, & in Le-  
ge eius, & in præceptis eius, & in testimoniis  
eius non ambulastis: idcirco euenit vobis ma-  
lum hoc secundum diem hanc.
- 24 Dixit autem Irmeiáhu ad omnem populú,  
& ad vniuersas mulieres, Audite verbum Ie-  
houæ omnis Iehudáh qui estis in terra Mix-  
ráim.
- 25 Sic dixit Iehouáh exercituú Deus Iwfraxél,  
dicēdo, Vos, & vxores vestræ, & loquutæ estis  
ore vestro, & manibus vestris implestis, dicen-  
do, Faciendo faciemus vota nostra quæ voui-  
mus, vt suffiamus reginæ cæli, & libemus ei li-  
bamina: confirmando confirmastis vota vestra,  
& faciendo fecistis vota vestra.
- 26 Ideo audite verbum Iehouæ omnis Iehudáh  
qui habitatis in terra Mixráim, Ecce iuravi in  
nomine meo magno, dixit Iehouáh: si erit vltra  
nomen meum inuocatum in ore vllius vi-  
ri Iehudæi (dicentis, Viuit Dominus Deus) in  
totâ terra Mixráim.
- 27 Ecce ego vigilo super eos in malum, & non  
in bonum: & consumentur omnes viri Iehu-  
dáh qui sunt in terra Mixráim, gladio & fa-  
me, donec consumantur.
- 28 Et euasores gladij reuertentur è terra Mix-  
ráim in terram Iehudáh, viri pauci ad modum:  
sciētque vniuersæ reliquæ Iehudáh quæ in-  
gressæ sunt terram Mixráim vt illic habita-  
rent, cuius verbum complebitur, meum, an i-  
psorum.
- 29 Et hoc vobis signum, (ait Iehouáh) quod vi-  
sitaturus sum vos in loco isto: vt sciatis quod  
confirmando confirmabuntur verba mea su-  
per vos in malum.
- 30 Sic dixit Iehouáh, Ecce ego trado Paryóh  
in Hophráy Regem Mixráim in manū inimi-

Supr. 7. d. 18  
E

F

G

Amos 9. 4. 4

Amos 9. 4. 4

corum eius, & in manum quærentium animam eius: sicut tradidi Sidciahū Regem Iehudāh in manum Nebuchadræxār Regis Babel inimici sui, & quærentis animam eius.

## CAPVT XLV.

*Dolentem Baruch sibi propheticum spiritū non dari, præsertim quō Ieremias esset in carcere, consolatur Deus.*

- V**erbū quod loquutus est Irmeiahū Pro-  
pheta ad Baruch filium Neriah, quum  
scripsisset verba hæc in libro, ex ore Irmeiahū,  
anno quarto Iehoiacim filij Ixowfiāhu Regis  
Iehudāh, dicendo,
- 2** Sic dixit Iehouāh Deus Iſrahēl ad te Ba-  
ruch,
- 3** Dixisti, Væ nunc mihi: quoniam addidit Ie-  
houāh tristitiam super dolorem meum: labo-  
raui in gemitu meo, & requiem non inueni.
- 4** Sic dices ad eum, Sic dixit Iehouāh, Ecce  
quos ædificaui ego destruam, & quos planta-  
ui ego euellam, & vniuersam terram quæ mea  
est:
- 5** Et tu quæris tibi grandia? ne quæras: quia  
ecce ego adducam malum super omnem car-  
nem, dixit Iehouāh: & dabo tibi animā tuam  
in prædam in omnibus locis ad quæ perre-  
xeris.

## CAPVT XLVI.

*Predicit cladem Aegypti à Nabuchodonosore. 23 Alia Nabu-  
chodonosoris victoria contra Aegyptios. 27 Promittitur Iſrahēl  
liberatio.*

- Q**uod fuit verbū Iehouæ ad Irmeiahū Pro-  
phetam contra omnes Gentes.
- 2** Ad Mirsrahim aduersum exercitum  
Paryoh Nechō Regis Mirsrahim, qui erat iuxta  
flumen Perath in Charchemis, quem percus-  
sit Nebuchadræxār Rex Babel anno quarto  
Iehoiacim filij Ixowfiāhu Regis Iehudāh.
- 3** Preparate scutum & clypeum, & accedite  
ad bellum.
- 4** Iungite equos, & cōscendite equites: & con-  
sistite cum galeis, polite lanceas, induite vos  
loricis.
- 5** Cur vidi eos pauidos? conuersi sunt retror-  
sum, & fortes eorum contriti sunt, & fuga fu-  
gerunt, nec respexerunt: terror vndique, dixit  
Iehouāh.
- 6** Ne fugiat leuis, nec euadat fortis: ad Aqi-  
lonem iuxta ripam fluminis Perath impege-  
runt & ceciderunt.
- 7** Quis est iste qui tanquam fluuius ascēdit, ve-  
luti flumina commouentur aquæ eius?
- 8** Mirsrahim tanquam fluuius ascendit, & ve-  
lut flumina mouetur aquæ eius, & dixit, Ascen-  
dam, operiam terram: perdam urbem, & habi-  
tantes in ea.
- 9** Ascendite equi, & insanite currus, & egre-  
diantur fortes, Chūws, & Pūt apprehenden-  
tes scutum, & Ludim apprehendentes & ten-  
dentes arcum.
- 10** Dies autē illa Domini Iehouæ exercituum  
dies ultionis, vt vlciscatur se de hostib⁹ suis: &  
vorabit gladius, & saturabitur, inebriabiturq;  
sanguine eorum: cædes enim Domino Ieho-  
uæ exercituum in terra Aquilonis ad flumen  
Perath.
- 11** Ascende in Gilyad, & tolle tibi balsamū, vir-  
go filia Mirsrahim: frustra multiplicabis medi-

camina, sanitas non erit tibi.

- 12** Audierunt Gētes ignominiam tuam, & cla-  
mor tuus repleuit terram: quia fortis in fortē  
impegerunt, pariter ceciderunt ambo.
- 13** Verbum quod loquutus est Iehouāh ad Ir-  
meiahū prophetam, de aduentu Nebuchadræ-  
xār Regis Babel ad percutiendam terram  
Mirsrahim:
- 14** Annunciate in Mirsrahim, & prædicate in  
Migdol: prædicate itē in Noph, & in Than-  
panhēs: dicit, Consiste, & præpara te: quia  
deuorabit gladius circuitum tuum.
- 15** Quare propulsatus est fortis tuus? non con-  
stitit: quoniam Iehouāh impulit eum.
- 16** Multiplicauit corruentem, etiam ruit quis-  
que in proximum suum: & dixerunt, Surge, &  
reuertamur ad populum nostrum & ad ter-  
ram natiuitatis nostræ à facie gladij oppri-  
mentis.
- 17** Clamauerunt tibi, Paryoh Rex Mirsrahim &  
tumultus: transire fecit tempus statutum.
- 18** Viuo ego (inquit Rex, Iehouāh exercituum  
nomen eius) quoniam sicut Thabōr in mon-  
tibus, & sicut Charmel in mari, veniet.
- 19** Vasa transmigrationis fac tibi habitrix fi-  
lia Mirsrahim: quia Noph in solitudinem erit,  
& desolabitur vt non sit habitator.
- 20** Vt vitula formosa Mirsrahim, excisio ab A-  
quilone venit, venit illi inquam.
- 21** Etiam milites eius mercede conducti, sunt in  
medio eius veluti vituli saginati: quia etiā ipsi  
verterunt se, fugerunt simul, nec constituerunt:  
nam dies contritionis eorum venit super eos,  
& tempus visitationis eorum.
- 22** Vox eius quasi serpētis procedet: quoniam  
cum exercitu magno pergunt, & cum securibus  
venient ei, tanquam cæsores lignorum.
- 23** Succident syluam eius, ait Iehouāh, quia nō  
poterit inuestigari numerus: multiplicabuntur  
enim magis quàm locustæ, nec erit eis nu-  
merus.
- 24** Pudore afficietur filia Mirsrahim, tradetur in  
manum populi Aquilonis.
- 25** Dixit Iehouāh exercituum Deus Iſrahēl,  
Ecce ego visito populum de Nōg, & Paryoh,  
& Mirsrahim, & deos eius, & Reges eius: Pa-  
ryoh inquam & fidentes ei.
- 26** Et dabo eos in manum quærentium animā  
eorum, & in manum Nebuchadræxār Regis  
Babel, & in manum seruorū eius: & post hæc  
habitabitur secundum dies antiquos, dixit Ie-  
houāh.
- 27** Et tu ne timeas serue mi Iayacōb, & ne pa-  
ueas Iſrahēl: quia ecce ego saluum facio te  
de longinquo, & sēmen tuum de terra capti-  
uitatis eorum: & reuertetur Iayacōb, & requie-  
scet, & fœlix erit, nec erit qui exterreat.
- 28** Tu inquam ne timeas serue mi Iayacōb, ait Ie-  
houāh, quia tecum sum: quia faciam consum-  
mationem in cunctis gentibus ad quas eieci  
te: tecum autem non faciam consummatio-  
nem, sed castigabo te in iudicio, & excidendo  
non excidam te.

## CAPVT XLVII.

*Palesthorum destructio.*

- Q**uod fuit verbū Iehouæ ad Irmeiahū pro-  
phetam super Palesthim, antequā per-  
cutteret Paryoh & Azah:

- 2 Sic dixit Iehouáh, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt in torrente, inundabuntque terram, & plenitudinem eius, id est urbem & habitantes in ea, clamabuntque homines, & volabit omnis habitator terræ.
- 3 A sonitu incessus vngularum equorum eius, à commotione curruum eius, multitudine rotarum eius: non respexerunt patres ad filios propter debilitatem manuum:
- 4 Propter diem venientem ad vastandum omnes Peliusthim, ad succidendum rSor, & rSidón omnem superstitem auxiliatorem: vastat enim dominus Peliusthim, reliquias insulæ Chaphthór.
- 5 Venit caluitium ad Azáh: succisa est Afsce lón, & residuum vallis earum: vsquequo incidet te?
- 6 O mucro Iehouæ, vsquequo non quiesces? collige te in vaginam tuam, quiesce, & sile.
- 7 Quomodo quiesces? nam Iehouáh præcepit ei ut eat in Afsce lón & ad litus maris: ibi enim constituit eum.

CAPVT XLVIII.

Excidium Moabitarum.

- 1 AD Moáb. Sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iſrahél: Vae super Nebó, quoniã vastata est, pudore affecta est: capta est Cirithaim, pudore affecta est Misgab, & expauit.
- 2 Non erit ultra gloriatio Moáb de Heshbón: cogitauerunt enim malum, Venite, & disperdamus eam de gente, etiam Madmén succidèris, post te ibit gladius.
- 3 Vox clamoris de Horonáim, vastitas, & contritio magna erit illis.
- 4 Contrita est Moáb, audire fecerunt clamorem paruuli eius.
- 5 Quia in ascensu Munhith cum steru ascendet flens: nam in descensu Horonáim hostes clamorem contritionis audiri sunt.
- 6 Fugite, eripite animam vestram, & sitis veluti myrica in deserto.
- 7 Nam propterea quòd habuisti fiduciam in pecudibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capièris: egredieturque Chemóws in transmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul.
- 8 Veniatque vastator ad singulas vrbes, & nulla vrbs euadet: peribitque vallis, & dissipabitur planities, quemadmodum dixit Iehouáh.
- 9 Date alas Moáb, quia volando volabit: & ciuitates eius in desolationem erunt, ita vt non sit habitator in eis.
- 10 Maledictus qui facit opus Iehouæ fraudulenter, & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.
- 11 Quietus fuit Moáb ab adolescentia sua, & requieuit ipse in sacibus suis, neque fuit transfusus de vase in vas, & in transmigrationem non iuit, ideo remansit sapor eius in eo, & odor eius non est immutatus.
- 12 Propterea ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & mittam ei transmigrantes, & transmigra facient eum, & vasa eius exhaurient, & vitres eorum collident.
- 13 Et pudore afficietur Moáb à Chemóws, quemadmodum pudore affecti sunt domus Iſrahél à Beth-nél fiducia sua.
- 14 Quomodo dicitis, Fortes sumus, & viri ro-

- busti ad bellum?
- 15 Vastatus est Moáb, & ciuitates illius excidit, & electi iuuenes eius descenderunt ad iugulationem, ait Rex Iehouáh exercituum nomen eius.
- 16 Propinqua est contritio Moáb vt veniat, & malum eius festinat valde.
- 17 Condolete ei omnes qui estis in circuitu eius: & vniuersi qui scitis nomen eius, dicite, Quomodo contracta est virga fortis, baculus gloriæ?
- 18 Descende de gloria, sede in siti habitatrix filia Dibón: quoniam vastator Moáb ascendit contra te: dissipauit munitiones tuas.
- 19 In via sta, & aspice habitatrix Aroyér, interroga fugientem, & eam quæ euasit, dic, Quidnam factum est?
- 20 Pudore affectus est Moáb, quoniam contrita est: vlulare, & clamare, annuntiate in Arnón quòd vastata est Moáb.
- 21 Et iudicium venit super terram campestré, super Holón, & Iahrsáh, & Mepháyath,
- 22 Et Dibón, & Nebó, & domum Diblatháim,
- 23 Et ciritháim, & Beth-gamúl, & Beth-meyón,
- 24 Et super Ceriíoth, & Borfráh, & omnes vrbes reliquas terræ Moáb, longinquas & propinquas.
- 25 Abscissum est cornu Moáb, & brachiũ eius contritum est, dixit Iehouáh.
- 26 Inebriate eum, quoniam contra Iehouam magnificauit os suum, & voluit sese Moáb in vomitu suo, & sit in derisum, etiam ipse.
- 27 Et annó risui fuit tibi Iſrahél, ac si inter fures inuentus esset: nam ex quo loquutus es de eo, commouisti te.
- 28 Relinquire ciuitates, & habitare in petra, habitatores Moáb: & estote veluti columba quæ nidificat in lateribus oris foueæ.
- 29 Audiuius superbiam Moáb, superbus est valde: elationem eius, & superbiam eius, & arrogantiam eius, & exaltationem cordis eius.
- 30 Ego noui, dixit Iehouáh, iram eius, non stabilietur: mendacia eius non sic facient.
- 31 Ideo super Moáb eiulabo, & super Moáb vniuersam clamabo, super viros Cir-nhérews gemet.
- 32 Fletu Iayazér flebo propter te vitis Sibmah: propagines tuæ transierunt mare, uerum vsque ad mare Iayazér peruenient: super fructus tuos æstiuos & super vindemiam tuam prædo irruet.
- 33 Et deficiet lætitia & exultatio de agris cultis, & de terra Moáb: & vinum de torcularibus cessare faciam, non calcabit calcator eum: celeusmate, celeusma non erit celeusma.
- 34 A clamore Heshbón vsque ad Elyaléh, & vsque ad Iahays dederunt vocem suam: à rSoyár vsque ad Horonáim vitula triennis: quia etiã aquæ Nimrim in desolationes erunt.
- 35 Et cessare faciam de Moáb ait Iehouáh, offerentem in excelso, & sufficientem diis suis.
- 36 Propterea cor meum ad Moáb, veluti tibiæ resonabit, & cor meum ad viros Cir-nhérews tanquã tibiæ, resonabit: eo quòd diuitiæ quas fecit, perierunt.
- 37 Quia super omne caput erit caluitium, & omnis barba erit diminuta, super omnes manus incisiones, & super omnes lumbos saccus:

3. Regum 12.  
g. 29  
Esa. 16. b. 7

Esa. 16. e. 10

F

Esa. 15. d. 3  
Ezec. 7. c. 18

- 38 Super omnia tecta Moáb, & in plateis eius uniuersus Moab erit in planctu: quoniam contriui Moáb sicut vas in quo non est complacētia, dixit Iehouáh.
- 39 Quomodo expauit (vlulabunt) quomodo vertit ceruicem Moáb, & pudore affectus est? fuitque Moáb in derisum, & in formidinem omnibus qui sunt in circuitibus eius?
- 40 Sic enim dixit Iehouáh, Ecce tanquam aquila aduolabit hostis, & extendet alas suas ad Moáb.
- G** 41 Capte sunt vrbes, & munitiones capte sunt: eritque cor fortium Moáb in die illa sicut cor mulieris afflictæ.
- 42 Et perdetur Moáb vt non sit populus: quoniam contra Iehouam magnificauit os suum.
- 43 Pauor, & fouea, & laqueus super te, ó habitator Moáb, dixit Iehouáh.
- Esa. 24. 6, 17* 44 Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueã: & qui ascenderit de fouea, capietur laqueo: adducam enim super eam, nempe ad Moáb, annū visitationis eorum, ait Iehouáh.
- 45 In umbra n̄Hewsbón steterunt propter potentiam fugientes, quia ignis egressus fuerat de n̄Hewsbón, & flamma ex òSinhón, & deuo rauerat angulum Moáb, & verticem filiorum tumultuantium.
- 46 Væ tibi Moáb, periit populus Chemóws: quia comprehensi sunt filij tui in captiuitatē, & filia tuæ in captiuitatem.
- 47 Et cōuertam captiuitatem Moáb, in nouissimo dierum, ait Iehouáh. hucusque iudicium Moáb.

## CAPVT XLIX.

1 Contra Ammonitas qui occupauerant regionem Gad & Ruben.  
7 Contra Idumæam hæc eadem serè verba habet Abdias in sua Prophetia contra Idumæam. 23 Contra Damascum. 28 Contra Cedar. 33 Contra Aelamitas, id est Persas.

- A**D filios y Ammón sic dixit Iehouáh, Nū filij non sunt ipsi Iŷraēl? an hæres nō ei? cur igitur hæreditate accepit Rex eorum ipsum Gad, & populus eius in vrbibus eius habitauit?
- 2 Ideo ecce dies veniunt, dixit Iehouáh, & audire faciam in Rabbáth filiorū y Ammón clamorem prælij: & erit in aceruum desolationis, & filia eius igni succendentur, & hæreditate accipiet Iŷraēl eos qui hæreditate acceperunt ipsos, dixit Iehouáh.
- 3 Vlula n̄Hewsbón, quia vastata est y Ai: clamate filia Rabbáth, accingite vos saccis, plangite, & circuite per sepes: quia Rex eorum in transmigrationē abiit, sacerdotes eius, & principes eius simul.
- 4 Quid gloriaris in vallib⁹? defluxit vallis tua, filia rebellis quæ fidit thesauris suis, quæ dicit, Quis accedet ad me?
- B** 5 Ecce ego adduco super te terrorem, ait Dominus Iehouáh exercituum, ab omnibus circuitibus tuis, & expellemini vnusquisque ante faciem suam, & non erit qui congreget vagantem.
- 6 Et post hæc reuerti faciam captiuitatē filiorum y Ammón, dixit Iehouáh.
- 7 Ad ñEdóm. Sic dixit Iehouáh exercituum, Non est vltra sapientia in Themán, periit consilium à filiis, corrupta est sapientia eorum?
- 8 Fugite (cōuersi sunt, callidum consiliū inie-

- runt vt habitēt) habitatores Dedán: quoniam contritionem y Eŷŷáu adducturus sum super eum, tempore quo visitabo eum.
- 9 Si vindemiatores venerint tibi, non relinquēt racemos: si fures in nocte, vastabūt quod opus fuerit eis.
- 10 Quia ego discooperui y Eŷŷáu, reuelauit abscondita eius, & abscondere se non poterit: vastatum est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit qui dicat,
- 11 Relinque pupillos tuos, ego viuificabo, & viduæ tuæ in me sperabunt.
- C** 12 Quia sic dixit Iehouáh, Ecce, quorum non erat iudicium vt biberent calicem, bibendo bibent: & tu immunis existendo, immunis eris? non eris immunis, sed bibendo bibes.
- 13 Quia per me iuravi, dixit Iehouáh, quod in solitudinem, in opprobrium, in desertum, & in maledictionem erit Borŷráh, & omnes vrbes eius erunt in desolationes seculi.
- 14 Auditum audiui à Iehouáh, & legatus in Gētes missus est qui dicat, Congregate vos, & venite contra eam, & consurgite ad prælium.
- 15 Ecce enim abiectum dabo te inter Gentes, contemptum inter homines.
- 16 Simulachrum tuum decepit te, & superbia cordis tui, qui habitas in cauernis petrae, qui apprehendis altitudinem collis: quum exaltaueris instar aquilæ nidum tuum, illinc descendere faciam te, dixit Iehouáh.
- D** 17 Et erit ñEdóm in solitudinem: omnis qui transierit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius.
- 18 Secundum subuersionem òSedóm & y Amorrah, & vicinas eius (ait Iehouáh) nō habitabit ibi quisquam, nec incolet eam filius hominis.
- 19 Ecce tanquam leo ascēdet à tumore Iardén ad habitaculum robustum, quum quiescere faciam, currere faciam eū ab illa: & quis electus quem aduersus eam præficiam? quis enim est similis mei? & quis constituet mihi tempus? & quisnam est ille pastor qui stet coram me?
- Iob 41. 41* 20 Propterea audite consilium Iehouæ quod cōsultauit super ñEdóm, & cogitationes eius quas cogitauit super habitatores Themán: si non traxerint eos paruuli gregis, si non desolauerit cum eis habitacula eorum.
- 21 A voce casus eorum commota est terra, clamor in Mari rubro, audita est vox eorum.
- 22 Ecce tanquam aquila ascendet hostis, & volabit, & expandet alas suas super Borŷráh: eritque cor fortium ñEdóm in die illa sicut cor mulieris afflictæ.
- E** 23 Ad Damméŷsec. Pudore affecta est n̄Hamáth & Arphád: quoniam rumore malū audierunt, & liquefacti sunt, sicut qui est in mari, præ pauore quiescere non potest.
- 24 Dissoluta est Damméŷsec, cōuertit se ad fugiendum, tremorque apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam, tanquam parturientis.
- 25 Quomodo nō est derelicta vrbs laudis, vrbs gaudij mei?
- 26 Ideo cadent iuuenes eius in plateis eius: & omnes viri bellatores excidentur in die illa, ait Iehouáh exercituum.
- 27 Et succendere faciam ignem in muro Damméŷsec, & absument aedes Ben-hadád.
- 28 Ad Cedar, & ad regna n̄Harŷór quæ percussit

Abd. a. 5  
In Abdia legitur interrogatiue.

Abd. a. 1

Gen. 19. 6, 25

fit Nebuchadrezzar Rex Babel, sic dixit Iehouah, Surgite, ascendite contra Cedar, & vastate filios Cedem.

- F** 29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: cortinas eorum & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt aduersus eos formidinem in circuitu.
- 30 Fugite, elogate vos multum (callidum consilium inierunt vt habitent) habitatores Harsor, dixit Iehouah: quia consilium inuit contra vos Nebuchadrezzar Rex Babel, & cogitauit aduersus vos cogitationem.
- 31 Surgite, ascendite ad gentem felicem, habitantem confidenter, ait Iehouah: non portae nec vestis sunt eis, soli habitant.
- 32 Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo pecorum eorum in praedam, & dispergam eos in omnem ventum, eiectos in extremum angulum: & ex omnibus lateribus eius adducam interitum eorum, dixit Iehouah.
- 33 Et erit Harsor habitaculum draconum, solitudo vsq; in seculum: non habitabit ibi quisquam, nec incolet eam filius hominis.
- G** 34 Quod fuit verbum Iehouae ad Irmeiahum prophetam super Elam in principio regni Sidciahu Regis Iehudah, vt diceret,
- 35 Sic dixit Iehouah exercituum, Ecce confringor arcum Elam, principium fortitudinis eorum.
- 36 Et adducam super Elam quatuor ventos a quatuor extremitatibus caeli, & veritabo eos in omnes ventos istos, neq; erit gens ad quam non veniant profugi Elam.
- 37 Et pauere faciam Elam a conspectu inimicorum suorum, & a conspectu quaerentium animam eorum, & adducam super eos malum, nempe iram furoris mei, dixit Iehouah: mietamq; post eos gladium, donec consumpsero eos.
- 38 Et ponam solium meum in Elam, & perdam inde Regem & Principes, dixit Iehouah.
- 39 Erit autem in nouissimo dierum, reuertam faciam captiuitatem Elam, dixit Iehouah.

CAPVT L.

1 Praedicit destructionem Babylonis, & captiui Israclis liberationem.  
8 Explicata causa captiuitatis, redit ad liberationem. 21 Rursum praedicitur ruina Chaldaeorum.

- V**erbum quod loquutus est Iehouah contra Babel, & contra terram Chawsdim per manum Irmeiahu prophetae.
- 2 Annuntiate in Gentibus, & audiri facite, eleuate quoq; signum, audire facite inquam & ne celetis: dicite, Capta est Babel, pudore affectus est Bel, confactus est Merodah, pudore affecta sunt sculptilia eius, contrita sunt idola eius:
- 3 Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, ea ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea ab homine vsque ad animal: moti sunt, obierunt.
- 4 In diebus illis & in tempore illo, ait Iehouah, venient filij Iwsrahel ipsi & filij Iehudah simul eundo & stendo ibunt, & Iehouam Deum suum quaerent.
- 5 Siion interrogabunt viam, huc conuerso facies eorum, Venite, & copulate vos Iehouae foedere sempiterno quod nunquam obliuioni tradetur.
- 6 Vt oves perditae, fuerunt populus meus, pastores eorum errare fecerunt eos, in montibus

vagari fecerunt eos: de monte ad collem abierunt, obliuati sunt accubitus sui.

- 7 Omnes qui inuenerunt eos, comederunt eos: hostesq; eorum dixerunt, Non deliquimus: propterea quod peccauerunt Iehouae habitaculo iustitiae, & expectationi patrum eorum Iehouae.
- B** 8 Recedite de medio Babel, & de terra Chawsdim egredimini, & estote tanquam hirci ante gregem.
- 9 Quoniam ecce ego suscito, & ascendere facio contra Babel congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis, & ordinabunt bellum contra eam, inde capietur: sagittae eius tanquam fortis orbantis, non reuertetur ulla vacua.
- 10 Et erit terra Chawsdim in praedam, omnes qui praedabuntur eam saturabuntur, dixit Iehouah:
- 11 Quoniam laeti estis, quoniam exultastis diripientes haereditatem meam: quoniam multiplicati estis sicut vitula quae pascit germina, & mugistis sicut tauri post victoria.
- 12 Idcirco pudore affecta est mater vestra valde, erubuit genitrix vestra: ecce nouissima Gentium erunt desertum, terra arida, & solitudo.
- 13 Propter iram Iehouae non habitabitur, sed erit solitudo rota: omnis qui pertransierit per Babel, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius.
- C** 14 Praeparate bellum contra Babel per circuitum: omnes qui tenditis arcum, iacite contra eam, ne parcatis iaculo, quia contra Iehouam peccauit.
- 15 Clamate aduersus eam per circuitum, tradidit manum suam, ceciderunt fundamenta eius, destructi sunt muri eius, quia ultio Iehouae est, sumite vindictam de ea: sicut fecit, facite ei.
- 16 Succidite satorem de Babel & tenentem falcem tempore messis: a facie gladij opprimentis, quisq; ad populum suum se verteret, & qui liber ad terram suam fugiet.
- 17 Vt pecus dispersum fuit Iwsrahel, leones eiecerunt eos: primus deuorauit eum Rex Assur: & iste nouissimus exossauit eum, Nebuchadrezzar Rex Babel.
- 18 Propterea sic dixit Iehouah exercituum Deus Iwsrahel, Ecce ego visito Regem Babel, & terram eius, sicut visitauit Regem Assur,
- D** 19 Et reducam Iwsrahel ad habitaculum suum, & pascetur Charmel, & Bawsan, & in monte Ephraim, & in Gilyad saturabitur anima eius.
- 20 In diebus illis & in tempore illo, dixit Iehouah, quaeretur iniquitas Iwsrahel, & non erit: & peccata Iehudah, & non inuenientur: quoniam parcam eis quos relinquam.
- 21 Aduersus terram rebellatum ascende Dari, & contra habitatores visitationis: dissipa, & interfice post eos, dixit Iehouah: & fac iuxta omnia quae praeci tibi.
- 22 Sonitus belli in terra, & contritio magna.
- 23 Quomodo abscissus & corritus est malleus vniuersae terrae? quomodo fuit in desertum Babel inter Gentes?
- 24 Illaqueauit te, & etiam capta es Babel, tu vero nesciisti: inuenta es, & etiam comprehensa, quoniam contra Iehouam litigasti.

- 25 Aperuit Iehouáh thesaurum suum, & protulit vasa irę suę: quoniam hoc opus est Domini Iehouę exercituum in terra Chawšdim.
- E 26 Venite aduersus eam ab extremo, aperite horrea eius, calcate eam sicut acervos, & perdit eam, ne sint ei reliquię.
- 27 Occidite vniuersos vitulos eius, descendant ad occisionem: vę eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.
- 28 Vox fugiētium & euasorum de terra Babél, vt annuntient in Siión vltionem Iehouę Dei nostri, vltionem templi eius.
- 29 Congregate contra Babél iaculatores: omnes tendentes arcum castrametamini aduersus eam per circuitum, ne sit ei euasor: reddite ei secūdum opus suum, iuxta omnia quę fecit, facite illi: quia contra Iehouam superbiuit, aduersum Sanctum Iŵsrahél.
- 30 Idcirco cadent iuuenes eius in platéis eius: & omnes viri bellatores eius succidentur in die illa, ait Iehouáh.
- 31 Ecce ego ad te, ó superbe, dixit Dominus Iehouáh exercituum, quia venit Dies tuus, tempus quo visitem te.
- 32 Et impinget superbus, & cadet, nec erit ei qui suscitet: & succedam igne in vrbibus eius, & consumer omnes qui sunt in circuitu eius.
- F 33 Sic dixit Iehouáh exercituū, Oppressi fuerunt filij Iŵsrahél, & filij Iehudáh simul: & omnes qui ceperūt eos captiuos, retinent eos, renuunt dimittere eos.
- 34 Sed Redemptor eorū fortis, Iehouáh exercituum nomen eius, iudicando iudicabit iudicium eorū, vt quiescere faciat terram, & commoueat habitatores Babél.
- 35 Gladius ad Chawšdim, dixit Iehouáh, & ad habitatores Babél, & ad principes eius, & ad sapientes eius.
- 36 Gladius ad mendaces, & insanient: gladius ad fortes eius, & timebunt.
- 37 Gladius ad equos eius, & ad currus eius, & ad omne vulgus quod est in medio eius, & erunt vt mulieres: gladius ad thesauros eius, & diripientur.
- 38 Siccitas super aquas eius, & exarescent: quia terra sculptilium est, & in simulachris insaniant.
- 39 Propterea habitabunt bestię syluestres cum vlulis, habitabūt etiam in ea filię struthionis, nec habitabitur vltra in seculum: non habitabitur inquam vsque in generationem & generationem.
- Gene. 19. c. 15  
Esa. 13. d. 19  
G 40 Quemadmodum subuertit Deus Sedóm & Amoráh, & vicinas eius, dixit Iehouáh, nō habitabit ibi quisquam, nec incolet eam filius hominis.
- 41 Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & Reges multi excitabuntur à lateribus terrę.
- 42 Arcum & scutum apprehendent, crudeles erunt, & non miserebuntur: sonitus eorum veluti mare sonabit, & super equos equitabunt, parati erunt tanquam vir ad singulare certamen contra te filia Babél.
- 43 Audiuit Rex Babél rumorem eorum, & dissolutę sunt manus eius: angustia apprehendit eum, dolor tanquam parturientis.
- 44 Ecce tanquam leo ascendet de rumore Iardén ad habitaculum robustum, quum quiescere faciam, currere faciam eos ab illa: & quis electus quem aduersus eā præficiam? quis enim est similis mei? & quis cōstituet tempus mihi? & quisnam est ille pastor qui stet coram me? Iob 41. d. 2

- 45 Propterea audite consilium Iehouę quod consultauit contra Babél, & cogitationes eius quas cogitauit contra habitatores terrę Chawšdim, Si non traxerint eos paruuli gregis, si nō desolauerit cum eis habitaculum.
- 46 A voce captę Babél commota est terra, & clamor in gentibus auditus est.

## CAPVT II.

*1 Quomodo Babylon euertenda. 45 Iubet Iŵsrahélitas linquere Babylonem, & periculo se subducere. 59 Librum suum Ieremias dat Saraię.*

- 1 Sic dixit Iehouáh, Ecce ego suscito contra Babél, & contra cor inimicorum meorum qui habitant terram Chawšdim ventum corrumptentem.
- 2 Et mittam in Babél ventilatores, & ventilabunt eam: euacuabuntque terram eius, quoniam erunt aduersus eam vndiq; in die mali.
- 3 Ad tendentem qui tendit arcum suum, & ad extollētem se in lorica sua, dicturus sum, Ne parcatis iuuenibus eius, interficite vniuersum exercitum eius.
- 4 Et cadent interfecti in terra Chawšdim, & confossi in platéis eius.
- 5 Quoniam non viduatus est Iŵsrahél & Iehudáh Deo suo, id est Iehouáh exercituum: quia terra eorum repleta est delicto propter Sanctum Iŵsrahél.
- 6 Fugite de medio Babél, & eruite quisq; animam vestram, ne perdamini propter iniquitatem eius: quoniam tempus vltionis eius est ipsi Iehouę, retributionem reddet ei.
- 7 Calix auri est Babél in manu Iehouę, inebrians vniuersam terram: de vino eius bibent Gentes, ideo insanient Gentes.
- 8 Subitō cecidit Babél, & contrita est, vlulate super eam: tollite balsamum ad dolorem eius, si fortē sanetur. Esaie 21. c. 9  
Apo. 14. b. 8
- 9 Curauimus Babél, & non est sanata: dereliquite eam, & eamus vnusquisq; in terram suā: quoniam peruenit ad cęlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes.
- 10 Eduxit Iehouáh iustitias nostras: venite, & narremus in Siión opus Iehouę Dei nostri. B
- 11 Extergite sagittas, congregate scuta, suscitauit Iehouáh spiritum Regum Madái, quia contra Babél est cogitatio eius vt perdat eam, quoniam vltio Iehouę est, vltio templi sui.
- 12 Super muros Babél leuate vexillum, fortificate custodiam, statuite custodes, apparate insidias: quia etiam cogitauit Iehouáh, etiam fecit quę loquutus est super habitatores Babél.
- 13 O quę habitas iuxta aquas multas, locuples thesaurorum, venit finis tuus, finis oppressio- nis tuę.
- 14 Iurauit Iehouáh exercituum per animam suam, Nisi repleuero te hominibus veluti bruchis, & cantabunt contra te celestima. Amos 6. b. 8
- 15 Qui facit terram fortitudine sua, qui firmat orbem sapientia sua, & prudentia sua extendit cęlos. Gene. 1. d. 6  
Psal. 135. d. 6  
Supr. 10. b. 12
- 16 Qui voce sua dat multitudinem aquarum in cęlo, posteaquam ascendere fecit nubes ab extremo terrę, fulgura cum pluuia fecit, & gduxit ventum de thesauris suis.

- 17 Ut bellua sit omnis homo præscientia: pudore afficitur omnis aurifex à sculprili, quia mendacium est conflatile eius, nec est spiritus in eis.
- 18 Vanitas sunt, & opus irrisionum, in tempore visitationis eorum peribunt.
- 19 Non est sicut illa pars Iayacób, quia plasmator omnium ipse est, & sceptrum hæreditatis eius: Iehouáh exercituum nomen eius.
- C 20 Malleus es mihi, instruméta bellica: & conteram per te Gêtes, & disperdam per te regna,
- 21 Et conteram per te equum, & ascensorem eius: cõteram inquam per te currum, & ascensorem eius.
- 22 Conteram præterea per te virum & mulierem, cõteram inquam per te senem, & puerum, conteram inquam per te iuuenem & virginem.
- C 23 Conteram item per te pastorem & gregem eius, cõteram per te agricolam & iugum bouum eius, & conteram per te duces & principes.
- 24 Et reddam Babél & cunctis habitatoribus Chawdím omne malum eorú quod fecerunt in Sión in oculis vestris, dixit Iehouáh.
- 25 En ego ad te, mons corrupens dixit Iehouáh, qui corrupisti omnem terram, & extendam manum meam super te, & deuoluam te de petris, & ponam te montem combustionis.
- 26 Et non tollent de te lapidem pro angulo, & lapidem pro fundamentis, quoniam in desolationes sempiternas eris, dixit Iehouáh.
- 27 Leuate signum in terra, clangite bucina in Gentibus: præparate aduersus eam Gentes, congregate contra illam regna Ararát, Minni, & Awschenáz, præfite contra eam principem, ascendere facite equos tanquam bruchos horripilantes.
- 28 Præparate contra eam Gentes, nempe Reges Madái, duces eius, & vniuersos principes eius, cunctamque terram potestatis eius.
- 29 Et cõtemiscet terra, & dolebit, quia firmata est contra Babél omnis cogitatio Iehouæ, ut ponat terram Babél in solitudinem, eo quod non sit habitator.
- D 30 Cessauerunt fortes Babél pugnare, habitauerunt in munitionibus: defecit fortitudo eorum, fuerunt ut mulieres, incenderunt habitacula eius, contriti sunt vestes eius.
- 31 Cursor in occursum cursoris curret, & nuntius in occursum nuntij ad nuntiandum Regi Babél, quod capta sit ciuitas eius, à termino,
- 32 Et vada occupata sunt, & arúduces combusserunt igni, & viri bellatores contriti sunt.
- 33 Quia sic dixit Iehouáh exercituum Deus Iwsrahél, Filia Babél est tanquam area, tempus est calcandi eam: adhuc paululum, & veniet tempus melsis ei.
- 34 Deuorauit me, & contriuit me Nebuchadrezzár Rex Babél, statuit me ut vas inane, absorpsit me veluti draco, repleuit venterem suum deliciis meis, atque eiecit me.
- 35 Rapina mei, & caro mea sunt super Babél, dicit habitatrix Sión: & sanguis meus super habitatores Chawdím, dicit Ierusaláim.
- 36 Propterea sic dixit Iehouáh, Ecce ego iudico causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: & siccabo mare eius, & arefcere faciam venam eius.
- 37 Et erit Babél in acervos, habitatio draconum, stupor & sibilus: eo quod non sit habitator.

- 38 Simul ut leones rugient, rugient veluti cæculi leonum.
- 39 In calore eorum ponam conuiuia eorum, & inebriare faciam eos, ut exultent, & dormiant somnum sempiternum, & non euigilent, dixit Iehouáh.
- 40 Descendere faciam eos tanquam agnos ad occisionem, & tanquam arietes cum hircis.
- 41 Quomodo capta est Seflac, & cõprehensa est laus vniuersæ terre? quomodo fuit in stuporem Babél inter Gentes?
- 42 Ascendit contra Babél mare, multitudine fluctuum eius obruta est.
- 43 Fuerunt ciuitates eius in desolationem, terra arida, & desertum, terra in qua non habitabit quisquam, nec transibit per eam filius hominis.
- 44 Visitabo quoque ipsum Bél in Babél: & educam quod deglutit, de ore eius: & non confluent ad eum vltra Gentes: etiam murus Babél corruet.
- 45 Egredimini de medio eius, popule meus, & eruite vnusquisque animam suam ab ira furoris Iehouæ.
- 46 Et ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis propter rumorem qui audietur in terra: veniet in anno rumor, & postea in anno rumor: & fiet rapina in terra, & dominator super dominatorem ueniet.
- 47 Propterea ecce dies veniunt, & visitabo sculptra Babél: & vniuersa terra eius pudore afficietur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius.
- 48 Et laudes dicent super Babél cæli & terra, & quicquid in eis est: quia ab Aquilone veniet ei prædones, ait Iehouáh.
- 49 Siquidem Babél fuit causa ut caderent interfecti Iwsrahél: etiam propter Babél ceciderunt occisi vniuersæ terræ.
- 50 Eualores à gladio abite, ne subsistatis: recordamini à longe Iehouæ, & Ierusaláim ascendat super cor vestrum.
- 51 Pudore affecti sumus, quoniam audiuitus opprobrii: operuit ignominia facies nostras, quod venerunt alieni contra sanctuaria domus Iehouæ.
- 52 Propterea ecce dies veniunt dixit Iehouáh, & visitabo sculptra eius, & in vniuersa terra eius gemet ocellus.
- 53 Si ascenderit Babél in cælum, & si munierit excelsum roboris sui, à me tamen venient prædatores ei, dixit Iehouáh.
- 54 Vox clamoris de Babél, & contritio magna de terra Chawdím:
- 55 Quoniam vastat Iehouáh Babél, & perdet ex ea vocem magnam, & sonabunt fluctus eorum, tanquam aquæ multæ edetur sonitus vocis eorum:
- 56 Quia venit contra eam, contra Babél vastator, & comprehensi sunt fortes eius, contractus est arcus eorum: quia Deus retributionum Iehouáh reddendo reddet.
- 57 Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, duces eius, & nobiles eius, & fortes eius: & dormient somnum sempiternum, nec expergiscuntur, ait Rex, Iehouáh exercituum nomen eius.
- 58 Sic dixit Iehouáh exercituum, Murus Babél latus confringendo confringetur, & portæ eius excelsæ igni comburentur: & laborabunt populi

puli inaniter, & gentes in igne, & lassabuntur.  
59 Verbum quod precepit Irmeiáhu propheta  
Seraiáh filio Neríáh Manheoseiáh, quí per-  
geret cum Sidciáhu Rege Iehudáh in Babel  
anno quarto regni eius: Seraiáh autem erat  
princeps quietis.

60 Et scripsit Irmeiáhu omne malú quod ven-  
turum erat super Babel in libro vno, omnia scilicet  
verba hæc, quæ scripta sunt contra Babel.

61 Dixitq; Irmeiáhu ad Seraiáh, Quum per-  
ueneris in Babel, & videris, & legeris omnia  
verba hæc,

62 Dices, Iehouáh tu loquutus es corra locum  
istum quod succideres eum, ita vt non sit in eo  
habitor ab homine vsque ad animal, sed in  
solitudines perpetuas futura sit.

63 Et erit, quum compleueris legere librum  
hunc, ligabis super eum lapidem, & proicies  
illum in medium Peráth.

64 Et dices, Sic submergetur Babel, & nõ con-  
surget à facie mali quod ego induco super eá,  
& lassabuntur. Hucusque verba Irmeiáhu.

## CAPVT LII.

1 Repetit captiõnem Sedecie, vt veritatem diuinarum promissionum  
ostendat. 4 Ierusalem capitur à Chaldeis. 10 Occisus filius  
Sedecie coram eo, ipse excecatur. 12 Incenditur ciuitas. 17 Tem-  
plum spoliatur. 24 Qui in Ierusalem relictus, transferuntur in  
Babylonem. 31 Rex Iochin captiuus è carcere educitur, consti-  
tuunturq; ei cibaria regia.

4. Reg. 24.  
d. 17  
1. Paral. 36.  
b. 11

1 **V**iginti & vnus anni erat Sidciáhu,  
quando regnauit, & vndecim annis re-  
gnauit in Ierusaláim: & nomen matris eius  
Hamutál filia Irmeiáhu de Libnáh.

2 Fecitque malum in oculis Iehouæ, iuxta ea  
quæ fecerat Iehoiacím:

3 Quia propter furorem Iehouæ qui fuit con-  
tra Ierusaláim & Iehuda, donec proiceret  
eos à facie sua, rebellauit Sidciáhu contra  
Regem Babel.

4. Re. 25. d. 1  
Suprà 9. d. 13

4 Fuit autem anno nono regni eius, mense  
decimo, decima mensis, venit Nebuchadræ-  
xár Rex Babel, ipse & vniuersus exercitus  
eius aduersus Ierusaláim: & castrametati  
sunt contra eam, & ædificauerunt contra eam  
munitionem vndique.

5 Venitq; ciuitas in obsidionem vsque ad vn-  
decimum annum Regis Sidciáhu.

6 Mense quarto, nona mensis, inualuit fames  
in vrbe: adeo vt non esset panis populo terræ.

B 7 Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellato-  
res fugerunt, exieruntque de vrbe nocte, per  
viám portæ quæ erat inter duos muros qui erant  
iuxta hortum Regis ( Chawsdím autem erant  
iuxta ciuitatem per circuitum ) abieruntque  
per viám solitudinis.

8 Persequuti verò sunt exercitus Chawsdím  
Regem, apprehenderuntq; Sidciáhu in de-  
sertis Ierichó: & omnis exercitus eius disper-  
sus est ab eo.

9 Comprehenderunt igitur Regem, & ascēde-  
re fecerunt eum ad Regem Babel in Ribláh, in  
terrâ Hamáth: & loquutus est cū eo iudicia.

10 Et iugulauit Rex Babel filios Sidciáhu in  
oculis eius: & etiam omnes principes Iehu-  
dáh iugulauit in Ribláh.

11 Oculos autem Sidciáhu excecavit, & vin-  
xit compedibus, adducique fecit eum Rex Ba-  
bel in Babel: & posuit eum in domo carceris  
vsque ad diem quæ mortuus est.

12 Mense autem quinto, decima mensis (is an-  
nus erat decimus nonus annus Regis Nebu-  
chadræxár Regis Babel) venit Nebuzar-adá  
princeps militum, qui stabat coram Rege Ba-  
bel, in Ierusaláim.

13 Et incendit domum Iehouæ, & domum Re-  
gis, atq; cunctas domos Ierusaláim, & omne  
domum magnam combussit igni.

14 Omnesque muros Ierusaláim vndiq; de-  
struxerunt omnis exercitus Chawsdím, qui  
erat cum magistro militum.

15 De pauperibus autem populi, & de reliquo  
populo qui remanserant in ciuitate, & de trās-  
fugis qui transfugerant ad Regem Babel, & de  
reliquis multitudinis, transmigrare fecit Ne-  
buzar-adán magister militum.

16 De pauperibus verò terræ reliquit Nebuzar-  
adán magister militum, vinitores & agricolas.

D 17 Et columnas æreas quæ erant in domo Ie-  
houæ, & bases, & mare æreum quod erat in do-  
mo Iehouæ, confregerunt Chawsdím, & detu-  
lerunt omne æs eorum in Babel.

18 Lebetes quoque, & scopas, & psalteria, &  
pelues, & cochlearia, & omnia vasa ærea qui-  
bus ministrabant, tulerunt.

19 Et hydrias, & thuribula, & pelues, & ollas, &  
candelabra, & mortariola, & cyathos: quæ au-  
rea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit ma-  
gister militum:

20 Columnas duas, mare vnum, & boues duo-  
decim æreas qui erant sub basibus quas fece-  
rat Rex Selomóh in domo Iehouæ: non erat  
pondus æris eorum omnium, scilicet vasorum  
istorum.

E 21 Et columnarum, octodecim cubitorum erat  
altitudo columnæ vnus: & filum duodecim  
cubitorum circuibat eam, cuius crassitudo,  
quæ erat quatuor digitorum, erat vacua.

22 Capitellum autem quod erat super eam, æ-  
reum: altitudo verò capitelli vnus, quinque  
cubitorum erat: & retiaculum, & malogranata  
super capitellum per circuitum, omnia æ-  
rea: & similia erant columnæ secundæ, & ma-  
logranata.

23 Fuerunt autem malogranata nonaginta &  
sex, ad plagam unam: omnia malogranata, cen-  
tum super retiaculum per circuitum.

24 Tulit quoque magister militum Seraiáh  
Sacerdotem primum, & Sephaniáh Sacerdo-  
tem secundum, & tres custodes liminis:

25 Et de ciuitate tulit eunuchū vnum, qui erat  
præpositus super viros bellatores: & septem  
viros ex iis qui videbant faciem Regis, qui in-  
uenti sunt in ciuitate: & Scribam principem  
militiæ qui colligebat ad militiam populum  
terræ: & sexaginta viros de populo terræ, qui  
inuenti sunt in medio ciuitatis:

F 26 Tulit inquam eos Nebuzar-adán magister  
militum, & deduxit eos ad Regem Babel in  
Ribláh:

27 Et percussit eos Rex Babel, & interfecit eos  
in Ribláh in terra Hamáth: & translatus est  
Iehudáh de terra sua.

28 Iste est populus quem trāsferre fecit Nebu-  
chadræxár anno septimo, Iehudæos tria mil-  
lia, & viginti tres.

29 Anno decimo octauo Nebuchadræxár trās-  
ferre fecit de Ierusaláim animas octingentas  
triginta duas.

- 30 Anno tertio & vicesimo Nebucadræsar transferre fecit Nebuzar-adan magister militum Iehudæorum animas septingētas quadragintaquinque: omnes animæ, quatuor millia, & sexcentæ.
- 31 Fuit autem tricesimoseptimo anno transmigrationis Iehoiachin Regis Iehudah, duodecimo mense, vicesima quinta mensis, eleuauit Euil-merodah Rex Babel, anno regni sui, caput Iehoiachin Regis Iehudah, & eduxit eum

- de domo carceris.
- 32 Loquutusque est cum eo bona, & posuit thronum eius super thronum Regum qui erant secum in Babel.
- 33 Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper, omnibus diebus vitæ suæ.
- 34 Et portio eius portio perpetua dabatur ei à Rege Babel per singulos dies eius, usque ad diem quo mortuus est, omnibus diebus vitæ eius.

Lamentationes Ieremiæ, Heb. איכה vel קינות

Hic liber apud Hebræos est sine nomine: nisi quod à prima ipsius dictione nominant איכה, id est Quomodo. In commentarijs tamen appellant eum קינות lamentationes. A LXX autem dicitur *ἰθρῶν*, quod etiam lamentationes siue fletus significat. Existimant Hebræi hunc fuisse librum quem Rex Iuda ab initio legit, & mox in ignem abiecit, vt Iere. 36. e. 23. legimus: cui opinioni contradicunt doctiores inter ipsos. Scribitur autem hoc ordine in Hebræo, vt primus versus incipiat ab א, secundus ב, & ita reliqui: seruata literarum alphabeti Hebraici serie. In tertio autem capite tres primi versus incipiunt, singuli ab א: tres verò sequentes à tribus ב, seruato ternario numero, vsque ad finem Alphabeti. In cuius rei memoriam Latini singulis versibus nomina, aut etiam notas literarum Hebræicarum ascripserunt: ne putes aliud subesse mysterium. Fortasse id factum fuit ab ipso autore, vt facilius disceretur, & memoria teneretur.

Apud LXX hæc leguntur: Et factum est, postquam in captiuitate redactus est Irael, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac super Ierusalem, & amaro animo suspirans & euilans, dixit:

Iere. 13. c. 17

NOVA EX HEBRÆO TRALATIO.

CAPVT I.



Q UOMODO sedet sola ciuitas copiosa quondam populo, facta est veluti vidua copiosa in Gēribus, domina in prouincijs facta est tributaria?

- 2 Plorando plorat in nocte, & lachrymæ eius defluunt in maxillas eius, non est ei consolator ex omnibus amatoribus eius: omnes amici eius spreuerunt eam, facti sunt ei inimici.
- 3 Transmigrauit Iehudah propter afflictionem, & propter multitudinem seruitutis: ipsa habitat inter Gentes, non inueniens requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.
- 4 Via Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solenitatem: omnes portæ eius desolatae, sacerdotes eius suspirantes, virgines eius afflictæ, & ipsi est amaritudo.
- 5 Fuerunt hostes eius in caput, inimici eius prosperè egerunt, quia Iehouah dolore affecit eam propter multitudinem preuaricationum eius: paruuli eius abierunt in captiuitatem ante hostem.
- 6 Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: fuerunt principes eius veluti cerui qui non inuenerunt pascua, & abierunt absque fortitudine ante persecutorem.
- 7 Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & indigentiarum suarum, omnium desiderabilium suorum quæ fuerunt à diebus antiquis, dum caderet populus eius manu hostis, nec esset auxiliator ei: viderunt eam hostes, deriserunt sabbathum eius.
- 8 Peccatum peccauit Ierusalem, propter-

- ea in derisionem fuit: omnes qui honorabant eam, spreuerunt eam, quia viderunt turpitudinem eius: etiam ipsa suspirauit, & conuersa est retrorsum.
- 9 Sordes eius in fimbrijs eius: non est recodata nouissimi sui, & descendit mirabiliter: non est consolator ei. vide Iehouah afflictionem meam, quoniam magnificè fecit inimicus.
- 10 Manum suam extendit hostis ad omnia desiderabilia eius: vidit enim Gentes ingredi Sanctuarium suum, de quibus præcepisti vt non ingrederentur in ecclesiam tuam.
- 11 Omnis populus eius suspirantes, quæretes panem: dederunt desiderabilia sua pro cibo, vt refocillarent animam. vide Iehouah, & aspice quod sim vilis.
- 12 Ne sit vobis graue, omnes qui transitis per viam, aspiciate, & videre an sit dolor sicut dolor meus qui factus est mihi: quoniam dolore affecit me Iehouah in die iræ furoris sui.
- 13 De excelso misit ignem in ossa mea, & dominatus est vnicuique ipsorum: expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota die mœrentem.
- 14 Ligatum est iugum iniquitatum mearum manu eius: implexæ sunt, ascenderunt super collum meum, corruere fecit vires meas, tradidit me Dominus in manus hostium a quibus non potero surgere.
- 15 Conculcauit omnes validos meos Dominus in medio mei: vocauit aduersum me congregationem ad conterendum electos meos: torcular calcavit Dominus virgini filia Iehudah.
- 16 Propter hæc ploro, ex oculo meo, ex oculo meo descendit aqua: quia longè recessit à me consolator recreans animam meam, filij mei desolati sunt, quia præualuit inimicus.
- 17 Frangit Sion manibus suis, non est consolator ei: præcepit Iehouah contra Iayacob, ut essent

Iere. 14. c. 17

F